In precedētib⁹ duobus capl̄is actum eſt de perſe/cutione eccleſie / tam a diabolo q̄ ab antichriſto illata ei. Et quia difficile: immo impoſſibile eſt ſuſtinere ſine auxilio dei: propter hoc / ne deſperarent ſancti: promittitur eis auxili/um a deo / et hoc in prima parte huius capituli. In ſecun/da vero agitur de iudicio vbi omnes remunerabuntur: tam boni q̄ mali: ibi: Et vidi ⁊ ecce nu/bem ⁊c̄. Item prima pars diuiditur in quattuor partes. Primo oſtenditur agnus et ſocietas eius ſtare in auxilium eccleſie. Secūdo monetur eccleſia ad ta/lem auxiliatorē accedere: ibi: Et vidi al/terū angelū. In tertia pte monet̄ eccle/ſia ad cōtemptū mūdi / ⁊ vt ſe retrahat ab alijs impedimētis accedēdi ad deū: ibi: Et alī⁹ angel⁹ ſecut⁹ eſt eū dicēs: cecidit cecidit ⁊c̄. In quarta pponi/tur pmiū ⁊ beatitudo ſanctor: et h̄ vt ibi ſecuri⁹ ad auxiliatorē accedāt ⁊ vt expedi/tius impedimēta accedēndi fugiant: ibi: Et audiui vocem de celo ⁊c̄. In prima etiam parte dicunt̄ tria. Primo oſtēditur agnus et eius ſocietas ſtantes in exiliū eccleſie. Secundo oſtenditur deſiderium ſanctorū quod habent de adiuuando eccleſiam: ibi: Et audiui vo/cem de celo ⁊c̄. Tertio dignitas eorum: qua ſcʒ digni ſunt exaudiri: ibi: Et vocem quam audiui. Dicit ergo. g ¶ Et vidi: id eſt intellexi ſpiritu reuelante. h ¶ Et ecce ag/nus. Hic deſcribit chriſtum dupliciter: in ſe / ⁊ in cōparati/one. In ſe dupliciter. In humana natura: Unde dicit. Ag/nus. Item in diuina. Unde dicit. Stabat / vt adiuuans eccleſiam. Item in comparatione aliorum: Unde dicit: Supra montem ⁊c̄. Agnus igit̄ dicitur chriſtus: pter innocētiam. Item quia immolatus pro nobis vt nos redime/ret. j. Pet. j. d. Quaſi agni incontaminati ⁊ immaculati ieſu chriſti. Incōtaminati: quia non habuit originale. Immacu/lati: quia non habuit actuale. Unde Exod. xij. d. Non come/detis ex eo crudum quid nec coctum aqua: ſed aſſum tm̄ igni. Aug⁹. Crede ⁊ māducaſti. Crudum quid / dicit: quia nō ha/buit originale: vnde non fuit natus crudus ſicut nos qui in na/ſcendo nec ſcintillam gratie habemus que aliquantū nos de/coquat. Itē: Nec coctum / aqua cōcupiſcentie: hoc dicit: quia chriſtus non habuit peccatum actuale: nos autē per concupi/ſcentiā quaſi per aquam decoquimur in pctō. Sed aſſum tm̄ igni. Hoc dicit: q̄ plenus fuit omī virtute: q̄ eſt ignis illumi/nans nō cōburens: lucens nō conſumens / niſi forte vitia. Uñ Deut. iiij. d. De⁹ noſter ignis cōſumēs ē. Vel aſſū igne paſſi/onis. Uñ ſignificat⁹ eſt p piſcē aſſū appoſitū ſibi p⁹ reſurrecti/onē. Luc. vlt̄. f. Obtulerunt ei ptē piſcis aſſi. Et Ioh. vlt̄. c. Viderunt prunas poſitas et piſcem ſuperpoſitū ⁊ panem. Caput ⁊ pedes cū inteſtinis vorabitis: Caput eſt diuinitas: que debet per fidem incorporari. Pedes humanitas in qua noſtre redēptionis myſteria impleuit: que ſimiliter debēt cre/di. Inteſtina ſunt eius infirmitas quo ad carnem ⁊ miſeriā ſi/ne peccato tamē: quā debemus nos pro noſtro modulo imita/ri / ſcdm̄ q̄ ipſe dicit vnicuiq̄ noſtrum. Ioh. vlt̄. c. Seque/re me. Agnus / ergo ſtabat / per diuinitatem. Nam ſi cecci/dit ſcdm̄ humanitatem / ſtetit tamen ſemper ſcdm̄ diuinita/tem. Ioh. j. d. Medius aūt veſtrum ſtetit p diuinitatē: quē vos neſcitis: occidētes eum ſm carnē. i ¶ Supra montē ſion. i. ſup omniū ſanctorū vniuerſitatem qua omnē ſancto/rum excellentiam ⁊ bonitatem precellit. Eſa. ij. a. Erit in no/uiſſimis diebus p̄parat⁹ mons dom⁹ dñi in vertice montiū et eleuabitur ſuper colles. k ¶ Sion / autem dicit̄ eccleſia que eſt ⁊ mons in ſe proficiendo: et ſpeculum alijs bonum exem/plum dando. Vel mons bene operando et ſpeculum inſidi/as precauendo. l ¶ Et cum illo centum quadragin/taquattuor milia. Hic agit de ſocietate agni / cum quo nō ſunt latera aquilonis: ſed centum quadragintaquattuor. Hic numerus fit ex duodenario ducto in ſe: et eſt ſignum iuſticie abundantis: quia primus eſt numerus abundans: et ſic intel/liguntur per eum maiores ſancti. Vel ſcdm̄ Glo. per hunc

ſs numerū intelligunt̄

numerũ intelliguntur etiã virgines in fide trinitatis perfecti/ ex quattuoꝛ mundi partibus collecti. Milia/ad ſignifican/dum perfectionem. Cum illo: id eſt ei confoꝛmes ⁊ ſimiles. Sed ex hoc ſequit: ergo erant ſupꝛa eccleſiam: quia chꝛiſtus eſt ſupꝛa eam. Solutio. Chꝛiſtus eſt ſupꝛa et poſitione ⁊ di/gnitate: ſancti maioꝛes ſũt ſupꝛa dignitate etſi nõ poſitione. Quod autem dictũ eſt ꝙ virgines per hunc numerum ſi/gnificantur: hoc eſt quia virginitas eſt ꝑfectiſſima et abun/dans iuſticia: quo ad ſeipſam/vel in reſpe/ctu ad pꝛopꝛium ſubiectum: ſicut marty/rium perfecta eſt iuſticia quo ad deum/ et pꝛedicatio quo ad pꝛoximum. a Habentes nomen eius: id eſt chꝛi/ſti/a quo dicuntur chꝛiſtiani. b Et nomen patris eius: id eſt dij/a deo patre dicti. Pſ. Ego dixi dij eſtis ⁊ filij excel/ſi omnes. Et pꝛimo dicit nomen chꝛiſti: quia ad patrẽ non poſſumus venire niſi per ipſum. Unde ipſe dicit Joh. x. b. Ego ſum oſtiũ. Nomen eius: nõ pꝛopꝛium nomen: ſicut multi qui vocauerũt nomina ſua in terris ſuis. Et hi ſignificã/tur per abſalon. ij. Reg. xviij. a. De quo legitur: ꝙ erexit ſibi titulũ dũ adhuc viueret. Geñ. xj. a. Uenite faciamꝰ nob ciui/tatẽ et turrim cuiꝰ culmẽ pertingat vſqꝫ ad cęlũ et celebꝛemꝰ nomẽ noſtrũ. c Scriptũ in frontibꝰ ſuis: non tinctum vt poſſit ad impetum aquarum deleri. i. tribulationum. Hie/re. xij. c. Nunquid auis diſcoloꝛ hereditas mea mihi: nunqd auis tincta per totum? Diſcoloꝛes autem ſunt heretici vel hy/pocritę: qui aliud habent in coꝛde. ſ. maliciã ⁊ aliud in facie. ſ. boni apparentiam. Ezech. xl. c. Ante frontes pictura palma/rum. Hoc dicit pꝛopter malos qui picti ſunt exteriꝰ. Sed ad differentiam maloꝛum dicitur in eodem Ezech. xl. f. ꝙ ante frontes bonoꝛum. ſ. erat celatura palmarum. d Et audi/ui. Secunda pars pꝛimę partis vbi ponitur deſiderium ſan/ctoꝛum quod habent de adiuuando eccleſiam. Dicit ergo. Et audiui vocem de cęlo: id eſt admonitionẽ a viris cę/leſtibus ⁊ perfectis ad imperfectos ⁊ minoꝛes procedentem. e Tanqꝫ vocẽ aquarũ multarũ. Sicut aquę nõ faciũt tumultũ niſi quando eis aliquid opponitur: ſic ſancti non ex/petunt vindictam de iniquis niſi ꝓpter hoc ꝙ illi chꝛiſto ſe op/ponunt: pꝛopter hoc dicit. Tanqꝫ vox aquarum mul/tarum. Admonitio et ꝑdicatio ſanctoꝛum. Uel aquarum multarum: id eſt multoꝛum populoꝛum: de quibus ſancti collecti ſunt ⁊ cõgregati. Per aquã enim ſignificantur popu/li: quia continue deficimus nos omnes particulariter: ⁊ eſt ſi/gnũ vniuerſalis diſſolutiõis. Et hic particularis defectus eſt quędã moꝛs: vnde ꝑ ipſũ debemus eſſe memoꝛes moꝛtis vni/uerſalis. Qđ quia non facimus/ cõqueritur per Pſ. Qm̃ non eſt in moꝛte q̃ memoꝛ ſit tui. ij. Reg. xiiij. c. Oẽs moꝛimur ⁊ quaſi aquę dilabimur in terrã quę non reuertũtur. Eccs. j. a. Generatio pręterit ⁊ generatio aduenit. f Et tanqꝫ vocẽ tonitrui magni: qꝛ magnũ eſt et terribile deſideriũ ſancto/rum/cum non poſſit non impleri. Pſ. Deſiderium pauperũ exaudiuit dominus. Sap. v. a. Uidentes turbabunt timoꝛe hoꝛribili. g Et vocem quã audiui ⁊c. Tertia pars vbi oſtenditur dignitas ſanctoꝛum pꝛopter quã debẽt a deo exau/diri. Hęc autem eſt triplex ex operibus et ex gratitudine: ibi: Et cantabãt: et ex pꝛęrogatiua meritoꝛum: ibi: Et nemo poterat ⁊c. Dicit ergo. Et vocẽ quã audiui: illa inquã vox erat ſicut vox/ h Citharędoꝛũ citharizantium in ci/tharis ſuis. Cithara lignum habet cum coꝛdis. Per lignũ crux. i. pęnitentia deſignatur. Si quis vult venire poſt me ab/neget ſemetipſum ⁊ tollat crucẽ ſuam: Lucę. ix. c. Choꝛdę ſũt ſingula membꝛa hominis: quę omnia ſuã debent habere moꝛ/

Pſ. 81. · Pſ. 48. · Pſ. 6. · Pſ. 9.

a b milia habẽtes nomẽ eiꝰ ⁊ nõ/
men patris eius ſcriptũ in frõ/
c d tibus ſuis. Et audiui vocem
e de cęlo tanqꝫ vocem aquarũ
f multarum et tanqꝫ vocem to/
g nitrui magni. Et vocẽ quã au/
h diui ſicut citharędoꝛũ cithari/
zantiũ in citharis ſuis. Et cã/

i k tabant quaſi canticum nouũ
l m ante ſedẽ ⁊ ante quattuoꝛ ani/
n o malia ⁊ ſenioꝛes: et nemo po/
p terat dicere canticum niſi illa
centum quadragintaquattu/
q oꝛ milia qui empti ſunt de ter/
r ra. Hi ſunt q̃ cũ mulieribꝰ nõ
s ſũt coinq̃nati: ṽgines eñ ſũt.

tificationem: ⁊ ſic in ligno extenduntur. Roma. vj. d. Sicut ex/hibuiſtis membꝛa veſtra ſeruire immundicię et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membꝛa veſtra ſeruire iuſticię in ſanctificationem. Eſa. xxiij. d. Sume citharam/ volunta/rie ſcꝫ: non coactus/ſicut ſimon cyreneus quẽ angariauerunt vt poꝛtaret crucẽ do/mini: Matth. xxvij. d. Circũi ciuitatem circũſpiciẽdo opera tua. Job. ix. d. Uere/bar oĩa opera mea. Bene cane per con/feſſionẽ: frequẽta cã/ticum: quia frequen/tes ⁊ cõtinui ſunt de/fectus tui. Et dicit/ In citharis ſuis non ſicut illi qui pꝛę/dicant et non faciunt: qui ſe nutriunt/ et alios moꝛtificant: Matth. xxiij. a. Imponunt onera grauia: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Itẽ in citharis ſuis: non in alienis: Cõtra illos abbates/qui ieiunante conuentu ſuo/et male procurato/ comedunt pinguia in ſuis cameris. Iſti cantãt in citharis ali/enis: quia tenent ſuum oꝛdinem in ſuis ſubditis. Talibꝰ dicit Eccꝰ. xxxij. a. Rectoꝛem te poſuerunt noli extolli: ſed eſto in illis/quaſi vnus ex illis. ſ. in refectoꝛio ⁊ in eccleſia et in doꝛ/mitoꝛio. i Et cantabant. Hic oſtenditur gratitudo ſan/ctoꝛum. Dicit ergo. Et cantabant/gratias agendo de ac/ceptis beneficijs ⁊ de integritate animę ⁊ coꝛpis. k Qua/ſi canticũ nouũ: qꝛ nunqꝫ veteraſcet/ ſed erit in perpetua nouitate cõtinuũ. Uel/quaſi nouũ/dicit vt ſic imꝑfectio q̃/dã vſqꝫ ad gloꝛificationẽ coꝛpoꝝ in aĩabus ſanctis intelligatur: quia tunc plene erit nouum qñ erit gloꝛificatio coꝛpoꝝ. l Añ ſedẽ. i. in pñtia angeloꝝ/in quibus deus ſedet. Pſ. In ↄſpectu angeloꝝ pſallã tibi. Et dicit/Ante/nõ poſt: qꝛ equipa/rabitur eis in quibus deus iam ſedet ⁊ quieſcit. Poteſt eñ ho/mo ⁊ ad meritũ patriarchaꝝ ⁊ apłoꝝ aſcẽdere: qꝛ tantã grati/am dat dñs ad quantã ſe ꝑparat homo. m Et añ q̃ttuoꝛ aĩalia/euãgeliſtas. ſ. vel vniuerſos euãgelij pꝛędicatoꝛes. n Et ſenioꝛes. i. iudicices eccleſię vel veteris teſtamẽti pꝛes. o Et nemo. Ecce tertiũ ꝓpter qđ debent a dño exaudiri: ſcꝫ pꝛęrogatiua meriti: qꝛ illud gaudiũ nõ habebũt niſi virgi/nes. Unde dicit: Et nemo poterat dicere canticũ/ id ẽ de integritate carnis ⁊ aĩe gaudere. p Niſi illa centũ q̃/dragintaq̃ttuoꝛ milia. i. niſi virgines. q Qui empti ſunt de terra. i. de terrenis operibꝰ. i. a pctis liberati ꝑ vir/tutem baptiſmi cuius innocentiã integre ſeruauerunt. Et be/ne dicit: Qui empti ſunt/illi. ſ. qui per baptiſmũ mũdati ꝑ ſanguinem chꝛiſti ſunt eleuati/de terra/ita ꝙ poſt baptiſmũ non peccauerunt. Illi vero redempti qui per pęnitentiam a pctis redierũt. Uel de terra empti/dicunt: qꝛ per virtu/tem ſanguinis chꝛiſti de infirmitate coꝛpoꝛis ſunt ſurſum ele/uati vt in carne viuerẽt ꝑter carnem. Uñ Amb. Supergredi/tur virginitas ↄditionẽ humanę naturę ꝑ quã hoĩes angelis aſſimilantur. Maioꝛ eñ victoꝛia hoĩm q̃ꝫ angeloꝝ. Angeli eñ ſine carne viuunt. Uirgines ṽo in carne triũphant: qꝛ qui in carne virginitatis puritatẽ ſeruãt: ſupcęleſtibus aſſimilantur. Quoꝝ virtutem euidentius diſtinguit dicens: r Hi ſunt qui cũ mulieribus: ad litteram: vel cum aliquibus mundi ſoꝛdibus/non ſunt coinquinati. Et quare? s Uirgi/nes eñ ſunt/mente ſcꝫ et coꝛpoꝛe integri. Quia ergo tan/ta eſt pꝛęrogatiua virginitatis dicebat apłus. j. Coꝛ. vij. e. De virginibus autem dñi pꝛęceptum nõ habeo: conſiliũ au/tem do. Et nunquid hoc ↄſilium erat a demonio meridiano? Non/ſed a ſpiritu ſancto: quia poſt pauca ſubiungit idẽ apo/ſtolus: Puto autem ꝙ ſpm̃ dei habeam. Non ꝑcipiebat er/go apoſtolus: qꝛ non omnes capiunt verbum hoc: ſed feli/ces ſunt qui ad hoc attingunt: ſed cõſulebat: quia ⁊ ſic fecerat dominꝰ ieſus chꝛiſtꝰ piꝰ magiſter. Matth. xix. b. Qui poteſt

Pſ. 117.

capere capiat. Altior aūt ē ſtatus ille in quo cū preceptis ad/
implent ↄſilia ꝙ̄ ille in quo tm̄ adimplent mandata. Unde. j.
Cor/. vij. g. Qui iungit matrimonio virginem ſuam bene fa/
cit ⁊ qui non iungit/ melius facit. a Hi ſequuntur ag/
num quocunq̄ ierit. Ideo ſequūtur ad redemptiōem ſi/
cut omnes: quia ipſe
B pro omnibus mortu
us eſt: ſequuntur ad
precepta ſicut plu/
res/ quia nō omnes
Gl. ipſorum ſeruant ea: ſequūtur
ad cōſilia ſicut pau/
ci. Unde Aug⁹. in li
bro de doctrina chriſtiana: ⁊ eſt verbum Cypriani. Nūc no/
bis ad virgines ſermo eſt: quaꝝ quāto ſublimior gloria ē/ ma/
ior ē cura. Uerū eſt/ in cuſtodiendo: quia virginitas ſi non cu/
ſtodiatur cito amittitur: ⁊ amiſſa nunq̄ recuperat: vnde com/
paratur vitro. Amos. v. a. Cecidit ⁊ non adijciet vt reſur/
gat virgo iſrael. Sequit̄ de verbo Aug/. Flos iſte eſt eccle/
ſiaſtici germinis decus ⁊ ornamentū gratie ſpiritualis leta
indolis laudis ⁊ honoris: op⁹ integrū atq̄ incorruptū: ima/
go dei illuſtrior portio gregis chriſti: Quia/ hi ſequuntur
agnū quocūq̄ ierit. Sed cū chriſt⁹ ⁊ p̄dicator ⁊ martyr
fuerit/ ſicut ⁊ virgo: quare potius dicit̄ de ꝟginibus ꝙ ſequū/
tur ipſum ꝙ̄ de predicatoribus vel de martyribus? Solutio.
Quia nec martyriū nec p̄dicatio ſignū ē generalis innocētie
generalit̄: ſed integritas virginitat/ ſignū ē generale innocētie
generalis: q2 ꝓbabile eſt: ꝙ q̄ ſeipm̄ ꝓpt̄ deū ↄtēpſerit/ ↄtēpſit
et mūdū ⁊ ea q̄ in eo ſūt. Uñ ſignant̄ dr̄ ꝙ ſequunt̄ nō chriſtū
ſed agnum/ in quo innocentia exprimit̄ ⁊ ſignat̄. b Hi em/
pti ſunt ex omnib⁹ primitie. Sed quare magis ꝙ̄ mar/
tyres vel p̄dicatores? Solutio. Quia non eſt homo idoneus
ad martyrium vel ad predicationem niſi in adulta etate: vn/
de martyres vel p̄dicatores ſunt magis decime: ſed ad vir/
ginitatem idone⁹ eſt a principio vite: vnde virgines primitie
dicunt̄. c Deo: id ē ad honorē dei patris: d Et agno:
id eſt ad honorē ⁊ imitationem chriſti: vt virgines virginē ſe/
quātur magis delectabiles ⁊ iocūdi deo ꝙ̄ ceteri ſancti: ſicut
primitie fructuū delectabiliores ſunt ⁊ gratātius recipiuntur
ꝙ̄ frequentes fructus. e Et in ore eorū non eſt inuen
tum mendacium: q2 qđ in baptiſmo ꝓmiſerūt: hoc ope/
re compleuerunt ⁊ fide. Non ſic illi de quibus conquerit̄ do/
minus: Eſa. xxxiij. b. Irritum factū eſt pactum. Glo. baptiſ/
males. f Sine macula ſunt ante thronū dei: id eſt ſi
ne operatione praua. Hoc aūt dr̄: q2 tp̄e legis erat maledicta
ſterilis. Unde virgines tunc non erant laudabiles an̄ hoīes:
ſed in noua lege melior ⁊ laudabilior eſt ſtatus virginitatis ꝙ̄
matrimoniū. Uñ Apl̄s. j. Cor/. vij. b. Uolo oēs hoīes eſſe ſi
cut meipm̄. i. virgines: Talis em̄ erat ipe. Uel per centum
q̄dragintaq̄ttuor milia/ vniuerſaliter intelligunt̄ omnes
ſancti qui dicunt̄/ centū/ ꝓpter fructū centeſimū q̄ debetur
maioribus. Itē per q̄draginta/ ſancti mediocres: qui legē
id eſt legis p̄cepta ſeruāt ⁊ euāgeliū. Itē per/ q̄ttuor/ mino/
res ſancti q̄ in quattuor virtutibus ſūt exercitati. Per/ milia/
ꝑfectio q̄ debet eſſe in oībus tam maiorib⁹ ꝙ̄ mediocrib⁹ ꝙ̄
minoribus. Canticū nouū/ eſt exultatio de generis huma
ni redēptione et adoptione gratie. Hi empti ſunt de ter/
ra. i. de terrena ↄuerſatiōe electi. Item/ cum mulierib⁹ nō
ſūt coinq̄nati. i. muliebri mollicie finaliter non ſunt deten/
ti. Uirgines em̄ ſunt/ ꝑ purā fidem. De infidelibus enim
dicit̄ Hiere. ij. d. Filij mempheos ⁊ thaneos ↄſtuprauerunt
te vſq̄ ad ꝟticē. Hi ſequunt̄ agnū: q2 ſuā volūtatē diuine
cōformāt: vel opib⁹ bonis ei cōcordāt: Quia vt dicit Greg⁹.
A me fide diſcrepat qui operib⁹ nō ↄcordat. Hi empti ſūt
ex omnib⁹: vel/ ex hoībus ꝑmitie. Hoc dicit̄ ꝑ cōpara/
tionē ad ſanctos qui erunt tp̄e antichriſti: reſpectu quorū ipſi
ſunt primitie et illi erunt decime. Unde per hoc datur con/
ſolatio illis qui erunt tp̄e antichriſti. Et in ore eorū nō eſt
inuentū mendaciū: Quia etſi aliquando fuit: non tamen

a Hi ſequūntur agnum quo/
b cunq̄ ierit. Hi ēmpti ſunt ex
c omnib⁹ primitie dēo et āgno:
d
e ⁊ in ore eorum nō eſt inuen/
f tum mēdacium. Sinē macu/
la enim ſunt ante thronū dei.
g Et vidi alterū angelū volātē
h
i
k per mediū celi habētē euan/

abſconderūt: ſed ſe purgauerūt: nec inuenitur niſi qđ erat ab/
ſconditum. g Et vidi alterū angelū ⁊c. Secūda pars
prime partis capituli: in qua monet̄ eccleſia vt ad talem ⁊ tan
tum auxiliatorē feſtinanter accedat: vt dicit Glo. Hec autem
habet duas partes. Quia in prima oñdit̄ dignitas admonē/
tis. In ſecunda dig/
nitas admonitionis:
ibi: Timete dn̄m.
Dignitas admonēt̄
ↄſiſtit in quinq̄ que
ſūt neceſſaria cuilibet
predicatori. Primū
eſt auctoritas: ſecū/
dum eſt humilitas: et hec tangunt̄ cum dicit: Angelum.
Tertium eſt vita: vnde dicit. Uolantem. Quartum do/
ctrina: ibi: Habentem euangelium. Quintū finis bo/
nus: ibi: Ut euāgelizaret ⁊c. Hi ſūt quinq̄ lapides limpi/
diſſimi/ quos dauid: id eſt chriſtus poſuit in pera paſtorali: q̄
pera ſunt predicatores et prelati quib⁹ goliath: id eſt diabo/
lus interficitur: id ē expellit̄ a corde hominis. j. Reg/. xvij. f.
Dicit ergo. Et vidi alterum angelum: qui interpretatur
miſſus: Ecce hūilitas. Itē cū dicitur miſſus/ intelligit̄ ab ali/
quo: Ecce auctoritas. Et hec duo recte ſimul ↄcurrūt: quia
auctoritas eleuat humilitatē ne ſit puſillanimitas: humilitas
auctoritatem refrenat ne fiat preſumptuoſa. Hic angelus eſt
ordo predicatorum: Unde et propter hoc dicitur alter a chri
ſto ſcz. h Uolantē: ꝑ vitā contemplatiuā. i Per me/
dium celi/ quo ad vitam actiuam. Eſa. lx. b. Qui ſunt iſti
q̄ vt nubes volant. Debent enim volare ſicut quattuor ani/
malia. Ezech. j. b. Quattuor penne vni. Hec ſūt q̄ ipſi de/
bēt habere: ſcz dolor de preteritis peccatis: timor de futuris
ſupplicijs: amor virtutis et ſpes gaudij: venia de cōmiſſis.
His alis debēt volare ſaltē illi q̄ peccauerūt. Itē debent eſſe
ſeraphin: Eſa. vj. b. Sex ale vni ⁊ ale alteri: id eſt ſex opa mi/
ſericordie: vel ſex duo quo ad deum: ſcz contemplatio ⁊ ora/
tio per contemplationem in deo quieſcimus: per orationem
impedimenta bona a nobis remoueri impetramus. Itē duo
ad noſipſos que ſunt lectio et meditatio. Primum illuminat:
ſecundum accendit ⁊ inflāmat. Uel duo ad noſmetipſos: in/
nocentiam ſiue cuſtodiam bone conſcientie et temperantiam
ſiue mortificationē carnis. Pſ. Cuſtodi innocentiam ⁊ vide Pſ. 36.
equitatem ⁊c. Item duo ad proximum: exemplum bone vi/
te: et exhibitio doctrine. Per duas p̄mas volamus ad deū:
per duas medias volat homo ad ſeipſum: ꝑ duas vltimas
ad proximū. Et ſi quis eſſet talis/ ſeraphin charitate ardēs
poſſet purgare labia prophete: ſicut dicitur Eſa. vj. c. Hoc
purgaui labia tua. Sed multi hodie ſunt magis cherubin ꝙ̄
ſeraphin/ magis intendentes ſcientie ꝙ̄ charitati: aut quod
initium dolorum: immo incremētum malorum eſt nec cheru/
bin nec ſeraphin: quia nec ſtudio vacant nec orationi. Domi/
natiōes forſitan vellēt eſſe nō reuerētes maiores nec obediē/
tes prelatis: et tamē alijs dominantes: vel throni alios ⁊ nō
ſe iudicātes vel poteſtates nunq̄ volentes a ſua ſentētia qua/
licunq̄ reprehendi vel frangi. Hec eſt magna ſuperbia. i
Per medium celi: id eſt per mediam ſcripturam: vt ſem/
per ad docendum et predicandum ſint parati. Primum celi
ſiue prima pars/ eſt vetus teſtamētum: per hoc volant iudei.
Ultimum celi eſt nouum teſtamentum: per hoc volant mani
chei qui non recipiūt vetus teſtamentū. Sed mediū eſt con/
cordia vtriuſq̄. In hoc medio volant expoſitores ⁊ docto/
res catholici. Habētē. Ecce quartum ſcz doctrina vel ſcien
tia. Habentē/ non diſſipantē. Eſa. xxiiij. a. Tranſgreſſi ſunt
leges: que ſcz ſunt ad honeſtatem vt de veſtitu clericorum et
hm̄ōi: mutauerunt ius quod poſuit dominus vt nemo intra/
ret niſi per oſtium. Joh. x. b. Ego ſum oſtium: diſſipauerunt
fedus ſempiternum: id eſt euangeliū: cuius ſepes fuerunt pau
pertas ſcz et humilitas. k Euangelium: non litteras vrie
q̄. Reg/. xi. c. Litteras vrie portant qui bene docent ⁊ male
viuunt: et hi portant nuncium mortis: non vite. Sed cū euā/
gelium idem

¶ gelium idē ſit qđ bonū nunciū: q̄re ſic nominat̄ ab vno extre/
mo/cum in ipſo nunciet̄ ⁊ pena malorū ſicut gloria bonorū.
Solutio. A principali ſumit denominationē: Propter hoc
eñ dicit̄ euangelium: quia principaliter annunciat redem/
ptionem humani generis. Uel ſic vocatur: quia finaliter eſt
ad bonum: quia etſi de peccatis vel de penis peccatorum lo/
quitur hoc eſt vt caueantur. a ¶ Eternum: quia ei aliud nō
ſuccedet: vel quia eterna promittit nō trāſitoria. Et hoc dici/
tur ad differētiam legis moyſi: que promittebat temporalia.
Eſa. j. c. Si volueritis et audieritis me bona terre comede/
tis. Habentem er/
go euangelium eter/
num. Et ad quid: b
Ut euāgeliçaret.
Ecce quintū. ſ. finis:
doctrine/ nō vt in ar
ca reponeret: non vt
in corde ſolum reuol
ueret ſibi ſoli profici

a b gelīū eternū vt euāgeliçaret
c d ſedentibus ſuper terram ⁊ ſū
e f g per oēm gētē et tribū et liguā
h ⁊ populū/ dicens magna vō/
i k l m ce: Timēte dn̄m ⁊ dāte illi ho
n nōrē: q̄ vēnit hora iudicij ei⁹:
o p ⁊ adorate eū q̄ fecit celū ⁊ trā
q r ⁊ māre ⁊ oīa q̄ i eis ſūt: ⁊ fon/
s tes aq̄rū. Et ali⁹ angel⁹ ſecut⁹
t eſt dicēs: Cecidit/ cecidit ba/

In prologo biblie. ca. 4. ens: quia vt dicit Hieronymus: Sancta ruſticitas ſibi ſo/
li prodeſt: et q̄ntum edificat ex vite merito/ eccleſiam dei tātū
nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat. Item non vt in terra cum
ſeruo pigro per terrenam intentionē abſcōderet: ſed/ vt euā/
geliçaret. ij. Timoth. iiij. b. Opus fac euangeliſte. Quia
Eſa. lij. b. Q̄ pulchri ſupra mōtes pedes annūciantis ⁊ pre/
dicantis pacem: annunciantis bonum/ predicantis ſalutem.
Ps. 67. Et ne hoc facere nimis expaueſcas: vide quid per Ps. tibi
promittitur. Dominus dabit verbum euangeliçantibus vir/
tute multa. Ubi autem ⁊ quibus ſit predicandum oſtendit di
cens. c ¶ Sedentibus ſuper terram: id eſt illis qui ſunt
ſuper terram. i. ſup terrena per contemptum eorum. i. ſanct.
Et quia parum eſſet predicare bonis: propter hoc ſequitur.
d ¶ Et ſuper omnem gentē: vt deſup annunciet̄ venire
bon⁹ nunci⁹ gētibus: id eſt p̄dicatio euāgelij q̄ legem nō rece
perunt. Abdie. j. a. Legatū ad gentes miſit. Et ad quid: Ad
eorum ſalutem. Unde Prouerb. xiij. c. Legatus fidelis ſani/
tas. e ¶ Et/ ſcʒ ſuper oēm/ tribū. i. iudeos: qui dicuntur tri/
bus: quia per tribus fuerunt diſtincti: ⁊ hi habuerūt legem.
f ¶ Et linguā: hoc quātū ad iudeos qui fuerūt captiuati: et
tunc multas linguas didicerunt in captiuitate. Uel hoc dicit
propter nobiles inter vtroſq̄ ⁊ iudeos ⁊ gentes: qui filios ſu/
os doceri faciunt diuerſis linguis. Uel hoc dicit propter di/
uerſa idiomata: q̄ ſub eadē lingua cōtinent̄. g ¶ Et populū
id eſt minores in vtriſq̄. ſ. iudeis ⁊ gentibus. q. d. Sine acce/
ptione perſonarum ⁊ maioribus ⁊ minoribus ⁊ nobilibus et
plebeis hominibus debet euangelium predicari ⁊ diuerſa/
rum linguarum hominibus: contra multos qui nolunt pre/
dicare niſi in latino ⁊ hoc ante clericos. Et dicit/ ſup: q̄ pre/
dicator debet omnes excedere per vitam. Eſa. xl. b. Sup mō
tem excelſum aſcende tu qui euangeliças ſion. h ¶ Dicēs:
id eſt perſuadēs. i ¶ Uoce magna: in quo ſignificatur de
ſiderium ⁊ zelus animarum. Eſa. xl. b. Exalta in fortitudine
vocem tuam qui euangeliças hieruſalem. Exalta contra ti/
morem humanum ⁊ mūdanum. k ¶ Timete dominum.
Hic oſtenſa dignitate admonentis: que eſt in quinq̄/ vt pre/
miſſum eſt: oſtendit dignitatem admonitionis. Hec duo au/
tem maxime erunt neceſſaria eccleſie in perſecutione: vt ſcʒ
ad cultum dei admoneatur qui tunc maxime erit neceſſarius:
et vt eccleſia acquieſcat admonenti. Hic igitur admonet an/
gelus ad cultum dei: qui eſt duplex: interior. ſ. motus mētis:
honor ſcʒ et timor. Item exterior/ motus corporis ſcʒ adora
tio: de quo dicit: ibi: Et adorate ⁊c. Dicit ergo. Timete
dominum/ caſto ⁊ filiali timore: quia Eccl. j. b. Initium ſa
pientie timor domini. Timor autem domini initiatur in ho/
mine per conſiderationem iudicij. Unde Hiere. iiij. d. Uox
annūciantis a dan: qđ interpretat̄ iudicium qđ incutit timo/
Ps. 53. rem. l ¶ Et date/ gratis ⁊ ex bona voluntate. Ps. Uolun/
tarie ſacrificabo tibi. m ¶ Illi. i. deo/ nō antichriſto. n ¶ Ho
norem. i. cultum latrie: qui conſiſtit in fide/ ſpe ⁊ charitate.

Honorē. Exo. xx. b. Honora patrem tuum deū ſcʒ: ⁊ ma/
trem tuā: id eſt eccleſiam: Malach. j. b. Filius honorat pa/
trem: ⁊ ſeruus dominū ſuum timebit. o ¶ Quia venit ho
ra iudicij eius. Et hec eſt cauſa quare ⁊ timendus eſt ⁊ ho
norandus. Per hoc ꝙ dicit/ Hora: ſignificat̄ ꝙ cito termi/
nabitur iudicium. j. Cor. xv. g. In momento in ictu oculi
in nouiſſima tuba. Canet enim tuba et mortui reſurgent ⁊c.
Malach. iiij. a. Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus:
⁊ erunt omnes ſuperbi ⁊ omnes facientes impietatem ſtipu/
la: et inflammabit eos dies veniens. Modo eñ ſunt ſtipula
ante faciem venti: id
eſt temptationis et
peccati: cui etſi reſi/
ſtere poſſunt nolūt: Ps. 14. Act. 14. c.
ſed tunc erunt ſtipu/
la ante faciem ignis: Eſa. 21. c.
cui libenter vellēt re j18. a.
ſiſtere/ ſed non pote/
runt. p ¶ Et adora
te eum. Hic eſt motus exterior corporis. Matth. iiij. b. Do/
minum deum tuum adorabis. Exod. xx. a. Non habebis de
os alienos. q ¶ Qui fecit celum ⁊ terram. Hoc dicit vt
ſpem eleuet fidelium adorantium. q. d. adorate fideliter: et
ſi timetis caſum vel defectū: petite ab eo auxiliū quia potēs
eſt. Jacobi. j. a. Si q̄s indiget ſapiētia: poſtulet a deo in fide
nihil heſitans: q̄ ipſe eſt/ qui fecit celū ⁊ terrā. Geñ. j. a.
In principio fecit de⁹ celū ⁊ terrā: r ¶ Et mare et oīa que
in eis ſunt: et fontes aquarum. Ad litteram ſi bona
eſt diuiſio mare non eſt principium omnium fontium: quod
eſt contra illud Geñ. j. a. Congregent̄ aque oēs que ſub celo
ſunt in locum vnum: Eccs. j. b. Ad locum vnum exeūt flumi/
na ⁊ reuertunt̄ vt iterum fluant. Solutio. Et ſi per meat⁹ ſub
terraneos aque diffundātur per terram: hoc tamen facit de/
us/ ſed mediante natura: etſi ergo deus mare fecerit vnde
exeunt omnes aque/ ⁊ ad quod redeūt omnes: quia tamē hoc
fit per meat⁹ et vias ſubterraneas vbi aque q̄ a mari ſalſo exe
unt depurantur vt fiant dulces propter hoc fit copulatio in/
ter mare et fontes. Hec littera plana eſt contra manicheos:
quia ſi princeps huius mūdi nō eſt adorād⁹: ille aūt adorād⁹
qui fecit celum et terrā: ergo princeps huius mundi ſcʒ dia/
bolus/ non fecit ea que videmus qđ tamen dicūt ipſi. s ¶ Et
alius angelus. Tertia pars prime partis capituli in qua
monetur eccleſia: vt ſe retrahat ab impedimentis accedendi
ad deum. Duo autē ſunt impedimenta: Amor mūdi de quo
dicit hic: Et alius. Et timor mundan⁹ vel human⁹: de quo
dicit: ibi: Et tertius angelus. Poſtq̄ ergo monuit vt ad
chriſtum accedamus: ruinam babylonis: id eſt mūdane con/
fuſionis oſtendit: ne in mundo confidamus. q. d. in prom/
ptu eſt vt cadat mundus: et ideo nullum debet retrahere ab
acceſſu ad chriſtum: immo debet contemni ne impediat hunc
acceſſum. Unde dicit: Et alius angelus ſecutus eſt:
id eſt ordo predicatorum. Alius/ et ordine docendi et offi/
cio predicandi. Secutus/ dicit: quia predicatores ſibi in/
uicem ſuccedunt. j. Cor. xiiij. f. Q̄ ſi aliquid reuelatum fue/
rit ſedenti: prior taceat: poteſtis enim per ſingulos prophe/
tare. t ¶ Dicens: cecidit cecidit babylon illa: ſcʒ ciui/
tas malorum. ſ. vniuerſitas et huius ſeculi malicia et iniqui/
tas. Eſaie. xiij. d. Et erit babylon ciuitas glorioſa in regnis
inclyta in ſuperbia chaldeorum verſa ſicut ſubuertit domi/
nus ſodomam et gomorram. Hec eſt ciuitas quam edifi/
cauit cain: Geñ. iiij. c. Hec eſt turris quam edificauerunt ve/
nientes in terram ſennaar ab oriente recedentes: id eſt illi qui
ſue natiuitatis vilitatem non cognoſcunt. Geñ. xj. a. Uenite
faciamus nobis ciuitatem et turrim: cuius culmen pertin/
gat ad celum. Bis dicit/ Cecidit: quia primo cadunt ma/
li/ per conſenſum peccati: ſecundo per opus. Item primo ca/
dunt per culpam: ſecundo per penam. Item quia primo ca/
dunt in anima/ quando ſcʒ moriuntur: ſecundo cadent in cor/
pore et anima: quando poſt iudiciū in vtroq̄ damnabuntur:

a Magna/ ꝓpter multitudinē dānatoꝝ: vel ꝓpter ſupbiā.
b Que a vino ire fornicatiōis ſue. i. adolatria vel q̄/
cūqȝ pctō mortali: qd̄ dr̄ fornicatio: qz aīam ſeparat a xp̄o ſpō
ſo: ſic fornicatio litteral̄ ſeparat vxorē a viro. Matth. xix. b.
Quicūqȝ dimiſerit vxorē ſuā niſi ob fornicationē et aliā du/
xerit mechatur. c Potauit oēs gentes: id eſt gētiliter
viuētes in calice va/
nitatis ꝓpinans vi/
nū delectatiōis pra/
ue: vel male doctri/
ne. Hiere. lj. a. Ca/
lix aureus babylō in
manu dñi inebrians
oēm terram: de vi/
no eius biberunt om
nes gentes. Calix eſt
pctī: qz ſcdm̄ men/
ſuram culpe menſu/
ra erit ⁊ pene. Hic ē
in manu dñi ꝑmiſſi/
ue. Vinū hui⁹ calicis ē delectatio pctī: De q̄ Johel. j. b. Exp
giſcimini ebrij et flete ⁊ vlulate oēs q̄ bibit̄ vinū in dulcedie.
Eph. v. d. Nolite inebriari vino in q̄ eſt luxuria. Primo g̃
Cecidit babylon/ pro fornicatione ſua: ⁊ ſecūdo quia po/
tauit gētes. Et qd̄ pteritū dicit: de futuro intelligit ꝓphetica
certitudine: vel qz cito veniet. Mūdus igit quia ruit cōtem/
nendus eſt/ ⁊ deus ſequendus. d Et tertius angelus.
Hic remouet ſecūdū impedimentū accedendi ad deū: qd̄ eſt
timor humanus ⁊ mūdanus perſecutorum. Per tria autem
oſtendit q̄ ipſi non ſunt timendi. Primo quia ipſi cadēt ſicut
⁊ mundus. Secundo oſtenditur pena eoꝝ ſpecialis: ꝓpter q̄
ipi etiā nō ſūt timēdi: ibi: Et cruciabit. Tertio qz ſācti ꝑti
ciunt in pena et ꝑſecutione maloꝝ: ibi: Hic patientia ſan/
ctorum. Dicit ergo. Et tertius angelus ſecutus ē il/
los dicens. Tertius dicit pro fide trinitatis quā predicat
iſti. Vñ: terti⁹: dicit ordine tpis nō mutatione credulitatis.
e Voce magna/ non timidus/ non formidoloſus: talium
eñ eſt loqui voce ſubmiſſa: coartant eñ ſpūs vocales pre ti/
more. f Si quis adorauerit beſtiam. i. antichriſtum:
Hoc dicit ꝗ̄tum ad illos qui vidētes eum pn̄tialiter adora/
bunt. g Et imaginē eius. Hoc dicit quo ad diuites: q̄
nō adorabūt eū pn̄tialiter: ſed eius imaginē habebūt quā in
eius veneratione adorabunt. h Et acceperit characte/
rem in fronte ſua: ꝑ apertam ei⁹ confeſſionē. Et hoc dicit
quo ad paupes qui imaginē habere non potuerūt: ſignū tñ
aliqd̄ in eius venerationē portabūt ī aperto: vel publice cō/
fitebunt ſe ei⁹ eſſe diſcipulos. i Aut in manu ſua: id ē in
praua oꝑatione. k Hic bibet de vino ire dei: ſicut ba/
bylon. i. de terrena dānatione: Hiere. xlix. c. Nō eris inno/
cēs: ſed bibēs bibes. l Qd̄ mixtū eſt mero. i. puro/ i ca
lice ire ipſius/ quē ſcȝ qz iratus ꝓpinat. Hic calix eſt vindi
cta diuina q̄ eſt in mēſura. Eſa. xxvij. b. In mēſura cōtra mē
ſurā cū abiecta fuerit iudicabo eā. Abiectus eſt hō in morte
qn̄ morit in peccato: qz ꝗ̄diu viuit nō eſt abiectus: qz adhuc
liberū habet arbitriū/ ⁊ pōt ſi vult quantuſcunqȝ ſit peccator
redire ad dñm. In hoc calice eſt merum ſuperius/ ⁊ fex inferi/
us. Per merum pena inflicta ad correctionē: per fecē pena
eterna quā potabūt in inferno illi qui mō nolūt bibere merū.
Mixtus aūt dicit hic calix: qz vtrūqȝ adhuc eſt in eo, ⁊ fex. ſ.
⁊ merū. ſ. tribulatio q̄ mō infligit pōt ad vtrūqȝ conuerti: vel
Pſ.74. ad commodum. ſ. vel ad damnum. Pſ. Calix in manu do/
mini vini meri plenus mixto. Vinum merum vel purum
Pſ.22. bibitur in patria. Unde dicit dñs illud pſalmi: Calix meus
inebrians ꝗ̄ preclarus eſt. In inferno aūt erit ſola fex. Eſaie
lj. f. Bibiſti de manu dñi calicē ire eius vſqȝ ad fundum ſopo
ris calicis bibiſti: ⁊ epotaſti vſqȝ ad feces. Ezech. xxiij. c. Do
lore repleberis calice merroris ⁊ triſticie: calice ſororis tue ſa/
marie ⁊ bibes illū et potabis vſqȝ ad feces. De his fecib⁹ glo
Pſ.39. riantur ſe electos et erectos ſancti. Pſ. Eduxit me de lacu

a b bylon illa māgna que a vinō
c ire fornicationis ſue pōtauit
d omnes gentes. Et tertius an/
gelus ſecutus eſt illos dicēs:
e f voce magna: Si quis adora/
g uerit beſtiam et imaginem ei⁹
h ⁊ acceperit characterē in frō/
i te ſua aut in manu ſua: hic bi
k l bēt de vino ire dei qd̄ mixtum
eſt mero in calice ire ipi⁹. Et
m cruciabit igne et ſulphure in
n cōſpectu angeloꝝ ⁊ ſanctoꝝ:
o p et ante ꝯſpectū agni. Et fum⁹
q tormētoꝝ eoꝝ aſcēdet in ſclā
r ſcloꝝ. Nec habent requiē die
ac nocte q̄ adorauerūt beſtiā
s t ⁊ imaginē ei⁹: et ſi q̄s accepe/
v rit characterem nois ei⁹. Hic

miſerie ⁊ de luto fecis. Sed mixtū eſt in vita preſenti: vbi cō/
ſolationes mixte ſunt cum tribulationibus: ⁊ econuerſo. Vñ
Aug⁹. Omnes delectationes meas dñe amaritudinibus re/
ſperſiſti: Job. xvij. a. Et in amaritudinibus moratur oculus
meus: ⁊ tamen premiſerat non peccaui: in quo notat gaudiū
ꝯſciētie. ij. Cor. j. c. Gloria nr̄a hec ē teſtimoniū ꝯſciētie no/
ſtre. m Et crucia
bit. Hic ſpecialit de
terminat pena eoꝝ:
Que notat in quinqȝ.
Primum eſt graui/
tas que notatur cum C
dicit: Igne. Secū/ ſ.9.a.
dū manifeſtatio: ibi: ī.19.a.
In ꝯſpectu. Ter/
tiū vniuerſalitas: ibi
Et fum⁹ tormen/
toꝝ. Quartū eter/
nitas: ibi: In ſecu/
la. Quintū continu
atio: ibi: Nec habent requiē. Dic ergo. Et cruciabit
igne ⁊ ſulphure. i. ardenti fetore/ ſiue fetēti igne. ī. xxi. b.
Pars illoꝝ erit ī ſtagno ardēti igne ⁊ ſulphure. Et dic. Ig/
ne: qz in oī peccato eſt feruor libidinis vel volūtatis impro/
be. Itē dicit/ ſulphure: qz omne peccatū ſuū habet feto/
rem: quia ſtatim poſt peccatū aīa ſentit remorſū. Vel ꝑ ſul/
phur/ qd̄ cito eſt conuertibile in ignem intelligitur eternitas
pene. Geñ. xix. e. Pluit dominus ſuper ſodomam ignem et
ſulphurem. i. ſuper peccatores mutos a cōfeſſione ⁊ a diuina
laude. n In cōſpectu angeloꝝ ſanctoꝝ. i. videntib⁹
angelis ſanctis. o Et ante conſpectum agni: quē eo/
rum ſcelera nō latebūt: nec abſcondētur ab eo pene. Et poni/
tur hoc ſecundum qd̄ erit in pena malorum. Dicitur enim
q̄ ſancti poſt iudicium etiam videbunt malos in penis: ⁊ non
mali bonos in gaudijs. Et etiā hoc erit malis generatiuum
doloris maximi: q̄ ſcient ſuam penā manifeſtam eſſe ⁊ aptā
oib⁹ ſanctis. Ex hoc etiā augmētabit eorū dolor ⁊ pena q̄
ſcient chriſtum ſufficiēter paſſum pro omnib⁹ ⁊ ſe priuatos ꝑ
abuſum liberi arbitrij gratia redēptionis. Et hic erit vermis
conſcientie: de quo Eſa. vlt. g. Vermis eorum non morit.
p Et fumus tormentorum eorum aſcendet. Ecce
tertium. ſ. vniuerſalitas pene. Ita enim ex omni parte inuol/
uētur in pena q̄ erit ſuper capita eorū. Unde Pſ. Pluet ſu/ Pſ.10
per peccatores laqueos: ignis et ſulphur et ſpūs ⁊c̄. Pluet:
ecce abūdātia. Sup pctōres: ecce vniuerſalitas. Laqueos:
ecce inſeꝑabilitas. Ignis/ ſulphur/ ſpiritus procellarū: tres
pene contra tria predicta per ordinem: auaricie: luxurie ⁊ ſu/
perbie. Pars calicis eorum: hoc dicit: quia totum calicē de/
terminare non potuit: ſicut nec totū gaudium ſanctorum po/
teſt dici Eſa. lxiiij. b. Oculus non vidit deus abſqȝ te q̄ pre/
paraſti expectantibus te. q In ſecula ſeculorum: Ec/
ce perpetuitas. r Nec habent requiem die ac nocte
qui adorauerunt beſtiā ⁊ imaginē eius: Ecce conti/
nuitas. Poſſet enim pena eſſe eterna/ et tamen nō continua:
ſic tertionari⁹ dicit ſemꝑ febricitās: qz ſeꝑ hȝ cauſā febris/ nō
tamen continue dolens: ſic nō erit in eis qui erunt in inferno:
quia illi in eternum ⁊ cōtinue. i. ſine interpolatione dolebūt.
Vñ exponit/ die ac nocte: id eſt cōtinue: nō q̄ ſit dies ī in/
ferno: ſed ſola nox ſicut dies ſola in celo. Pſ. Melior eſt di/ Pſ.83.
es vna in atrijs tuis ſuper milia. Quia autem iſti in tāta pe/
na erunt: non ſunt ipſi timendi. Nec ſolum ipſi puniens ſic:
ſed/ s Et: id eſt etiā/ t Si quis acceperit characte
rem nominis eius/ ſupple ſimiliter punietur/ ſi quis in
ſigno aliquo ſe conformauerit ei. Propterea bonum conſili/
um eſt: vt ſi qui ſignum portant diaboli. ſ. peccatum per qd̄
conformant ei ⁊ fiunt ſocij eius qui non eſt: Job. xviij. c. ab
eius ſocietate recedāt ne ſimili cū eo pena inuoluant. Vñ. j.
Reg. xv. b. Dixitqȝ ſaul cyneo. Abite/ recedite atqȝ diſcedite
ab amalech ne forte īuoluā te cū eo. v Hic patiētia. Hic
tertio oſtenditur

a b pãtientia ſanctoꝝ eſt/ qui cũ/
c ſtodiunt mãdãta dei et fidẽm
d e ieſu. Et aũdiui vocem de ce/
f lo dicentem mihi: ſcribé: Be
g h ãti mortui qui in dõmino mo
i riunt. Amõdo iam dicit ſpi/
k l ritus vt rẽquieſcant a lãbori/
m n bus ſũis; opã enĩ illoꝝ ſequũ
o p tũr illos. Et vidi ⁊ eccẽ nu bẽ
q r cãdidã: ⁊ ſupra nũbẽ ſed ẽtẽ

ꝭ tertio oñdiẽ nõ eſſe timẽdos ꝑſecutores: qꝛ ſancti in ꝑſecutione eoꝝ ꝓficiũt. Vñ ⁊ patiẽtia habẽda eſt in eoꝝ ꝑſecutione. Vñ dicit: Mic. i. in vita pñti. a Patia ſctõꝝ eſt/ in tribulatione poſitoꝝ: vt ſic pęna ęterna fugiaẽ: ⁊ eoꝝ/ b Qui cuſtodiunt/ opere adimplentes. c Mãdata dei/ deũ et proximum diligendo. Joh. xv. b. Hoc eſt preceptum meum: vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. d Et fidem ieſu chriſti: ipſum confitentes deum verum eſſe ⁊ corde et ore: Roma. x. b. Corde creditur ad iuſticiam: ore aũt confeſſio fit ad ſalutẽ. e Et audiui vocẽ de cęlo dicentẽ ⁊c. Quarta pars prime partis vbi premium ſanctoꝝ ꝓponiẽ ⁊ beatitudo eoꝝ. Et hoc fit vt ipſi ſecuriꝰ ad auxiliatorẽ accedãt: ⁊ vt expeditius impedimenta accedẽdi fugiãt. Continuatio: Sic ꝑſequunẽ mali ſanctos ⁊ ſancti patiunẽ: ſed quid ad eoꝝ patientiã ſequiẽ? Premiũ cęleſte/ ⁊ beatitudo ęterna. Unde dicit: Et audiui vocem de cęlo dicentẽ mihi. i. de cęleſti: viſionẽ mihi loquẽtẽ. f Scribe/ nõ ſolũ in corde tuo: ſed etiã in libro: vt diutius duret qđ ad ꝯſolationẽ electorum vſqꝫ in finẽ ꝑſeuerare debet. Abacuk. ij. a. Scribe ⁊ explana eũ ſup tabulas vt percurrat qui legerit eum: quia adhuc viſus ꝓcul: et apparebit in finem ⁊ non mentiẽ. Argumentum eſt hic ꝙ ſcribenda ſunt bona: et maxime quę ſunt vel poſſunt eſſe ad conſolationẽ multoꝝ. Et quid debeat ſcribere ſubiũgit dicens. g Beati mortui: prius mundo: qui in diſſolutione animę ⁊ corporis/ h Moriunẽ in dño. i. in vera ꝯfeſſione dñi. Iſti inquã Beati ꝓpter gloriã primę ſtolę quã recipiũt poſt mortẽ corpalẽ: ſ ampliꝰ ꝑ ſtolã glorificãdi corporis quã recepturi ſũt poſt generalẽ reſurrectionẽ. Prouer. vlẽ. c. Omnes domeſtici eiꝰ veſtiti ſũt duplicibꝰ. Et bene dicit/ in dño. i. in confeſſione fidei dñi filij dei. Horũ autẽ quidã ſunt ꝑfecti: q̃ ſtatim euolãt in cęlũ ſine igne purgatorij. Et hi ſunt qui moriunẽ in terra ꝓmiſſionis/ cum ſara in ciuitate arbee ſepulti i ſpelunca duplici: Geñ. xxiij. d. Arbee interꝑtaẽ quattuor: ⁊ ſignificat eccliam: quę quattuor euangelioꝝ fidelibus documentis eſt munita. In hac ergo ciuitate moriunẽ ſancti q̃ttuor virtutibꝰ cardinalibus quadrati: prudẽtia/ tẽperãtia/ fortitudine ⁊ iuſticia. Hęc ſunt enĩ quattuor latera ciuitatis: de q̃ dr. ſ. xxi. c. ꝙ ciuitas in quadro poſita eſt. Hęc ciuitas nihilominus triplici muro eſt vallata: fide. ſ. trinitatis: vel tribus virtutibus theologicis: pro quibꝰ aĩa recipiet in gloria ſeptẽ dotes: vt dicaẽ ter ſancta quaterqꝫ beata. Item quidã imperfecti qui decedũt pęnitẽtijs non peractis in hoc mundo: et hi purgantur igne purgatorij: ſcđm plus et minus flagellum: ſcđm ꝙ magis vel minꝰ de ſuis pęnitẽtijs ꝑfecerũt: vel ſcđm qđ maiora vel minora venialia perpetrauerunt. Et hi moriuntur in ęgypto. i. in męrore ꝯtritionis ꝓ tenebris peccatoꝝ in q̃bꝰ fuerunt. De quibꝰ dr. ſ. Cor. iij. c. Alij ſupedificant lignũ fęnũ ⁊ ſtipulã. ij. Machab. ſ. a. Fratribꝰ qui ſunt ꝑ ęgyptum iudęis: ſalutẽ dicũt frẽs qui ſunt hieroſolymis iudęi: et qui in regione iudęa ⁊ pacẽ bonam. Fratres qui ſunt hieroſolymis ſunt ſancti iam cęleſtis pacis viſione recepti. Fratres qui in regione iudęa ſũt ſancti in mundo adhuc viuentes in ꝯfeſſione vera. Fratres per ęgyptũ ſunt electi: qui ſũt i purgatorio. His ⁊ ſancti qui ſũt in mũdo ⁊ qui ſunt in cęlo dicũt ſalutem ⁊ pacẽ: quia pro eis orare nõ deſiſtũt donec ſibi impetrent ſalutem ęternam et pacem. i. ſuarum pęnarum abſolutionem. Item ſunt tertij mali qui moriuntur in ſolitudine deſerti. Hi ſunt qui deſerti a gratia dei moriuntur in peccato mortali. Pro iſtis nullus orat: quia nõ valeret eis. Johel. ij. d. Poſt eum ſolitudo deſerti: neqꝫ eſt qui effugiat eum. Unde et nullius eorum qui mortui fuerunt in deſerto de populo iſrael oſſa fuerunt portata in terram promiſſionis: in ſignum ꝙ nullꝰ redit de inferno. Sed de illis qui mortui ſũt in ęgypto: ſic oſſa ioſeph ⁊ duodecim patriarcharũ fuerũt apportata ⁊ in terra ꝓmiſſionis ſepulta: ſic in hiſtorijs legiẽ et in fine Geñ. in ſignũ ꝙ illi qui ſũt in purgatorio peracta pęnitentia reponentur in paradiſo. Et ꝙ beati ſunt qui in domino moriuntur: hoc probat dicens: i Amodo/ enĩ: iam dicit ſpiritus: id ẽ trinitas hoc promittit. k Ut requieſcãt a laboribꝰ: poſt mortem: vſqꝫ in ęternum quieſcant. Primo in animabus: ſed tandẽ vt requieſcant: ſimul in vtriſqꝫ. ſ. ⁊ in corporibꝰ ⁊ in animabꝰ. Glo. Ampliꝰ nõ patianẽ q̃ vſqꝫ mõ paſſi ſunt poſt labores. l A laboribus. i. quia non eſt morꝰ niſi poſt laborem. Uel a laboribus: id eſt propter labores: vt ſic ꝓpoſitio ſit cauſalis. m Suis: non alienis. Parũ ẽ enĩ in aliena cithara citharizare: id eſt in aliorum bonis confidere niſi homo faciat ſe dignũ. Ubi autem promittit hoc ſpiritusſanctus? Eſa. xxxij. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis/ in tabernaculis fiducię/ in requie opulẽta. Propter hoc dicitur Sap. iij. d. Bonorum laborum glorioſus ẽ fructus. Sed quare ſunt beati? Quia/ n Opera illorum ſequuntur illos/ ſicut familia dominum vel dominam: et hoc ſignificatum fuit per ſeptem puellas datas heſter in ſeruitium: Heſter. ij. b. o Sequuntur/ dicit: non precedunt: ſicut eſt in illis qui ante ſe portant ſua opera: vt ſcꝫ ab illis laudentur: Contra quos dicit Job. xxxi. c. Si vidi ſolem cũ fulgeret ⁊ lunam incedentẽ clare: quaſi ante me non habui bonũ opus. Ille videt opa qui ante ſe ea habet. Uel vt dicit Glo. n Opera: id eſt merces operum/ quę reddetur in futuro: quaſi dam in mundo erant maiores tribulationes ad maiorem coronam ingruebant: vnde a deo abiecti reputabuntur/ ſed iam nihil patiẽtur. Pſ. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Hęc ſequentur tunc etſi modo videtur multis ꝙ ſancti amittant ſua opera: ſed in futuro inuenient ea. Eccs. xi. a. Mitte panem tuum ſuper trãſeuntes aquas: quia poſt multa tẽpora inuenies eum. Pſ. 127.

p Et vidi et ecce nubem ⁊c. Secunda pars capituli ⁊ vltima huius viſionis vbi agitur de iudicio: Et diuiditur in ſex ꝑtes. Primo deſcribitur iudex idoneus ad iudicium. Secundo deſideriũ ſanctoꝝ de iudicio faciẽdo: ibi: Et aliꝰ angelus exiuit ⁊c. Tertio oſtenditur ꝙ ſancti exaudientur: ibi: Et miſit qui ⁊c. Quarto ꝙ ſancti cum chriſto iudicabunt: ibi: Et alius angelus exiuit de templo. Quinto oſtenditur ꝙ etſi ſancti iudicabunt cum chriſto: tamen auctoritas penes iudicem eſt: ibi: Et alius angelus exiuit de altari. Sexto agitur de obedientia ſanctorum: ibi: Et miſit angelus falcem ⁊c. Dicit ergo. Et vidi. Hic deſcribit iudicem a tribus quę ſunt iudici neceſſaria: A iuſticia: ſcientia et potentia. Juſticia ponitur: ibi: Nubem. Scientia: ibi: Habentem in capite. Potentia vel auctoritas: ibi: Et in manu ſua ⁊c. Deſcribit autem eum a triplici iuſticia. Primo ab ea quã exhibuit patri cum dicit: Nubem. Secundo a iuſticia quã exhibuit chriſtus proprie carni cũ dicit: Sedentem. Tertio a iuſticia quã exhibuit ſibi chriſtus inq̃ntum deus: ibi: Similem. Dicit ergo. Et vidi. i. intellexi. q Et ecce nubẽ candidam. Per nubẽ ſignificaẽ paſſio chriſti: qꝛ tũc ſol latuit ſub nube/ ſed eclipſis neſcius. Exod. xiiij. e. Eratqꝫ nubes tenebroſa/ et illuminãs noctem: quia ibi operabatur redemptiõem humani generis. Unde per hoc intelligitur iuſticia quã exhibuit patri: qꝛ tunc ei obediens ſatiſfecit patri. r Et ſupra nubem ſedentem. Hoc eſt qđ dicitur Eſaię. xix. a. Aſcendet dominus ſuper nubem leuem. Super hanc nubem ſedit dominus maxime in reſurrectione: qñ plenam habuit quietem carnis: qñ tã glorioſe reſurrexit. Unde hic tangiẽ iuſticia quã exhibuit ſuę carni: quę fuit in paſſione caſtigata: ⁊ ſic de ea iuſticia facta.

a ſimilē filio hoīs/hābentē in
b capite ſuo coronā aureā/ēt in
c manu ſua falcē acutā. Et āli
d us angelus exiuit de templo
e f clāmās voce magna ād ſedē
g tem ſuper nubē: Mitte falcē
h i tuam ⁊ mete: qꝛ vēnit hora vt
k metaꝶ quōniam arruit meſſis
l terrę. Et miſit qui ſedebat ſu
per nubē falcem ſuam in ter
m n rā: ēt meſſuit eā. Et ālius an
gelus exiuit de templo quod
o eſt in cęlo/ habēns et ipſe fal
p cem acutam. Et ālius ange
q r lus ēxiuit de altari qui habē
s bat poteſtatem ſuprā ignem

a ¶ Similē filio hoīs. i. ſibi deo. Hāc iuſticiā habuit in aſcē ſione: qꝛ etſi hō aſcēdit/nō tñ vt hō/ſed vt deꝰ. Et fuit hęc iu ſticia ad perſonā. i. †ad ſelpm: qꝛ ꝑ aſcenſionē manifeſtata fuit ſua diuinitas. b ¶ Habentē in capite. Hic deſcribit iudi cē a ſcia dicēs: Habentē in capite ſuo coronā aureā. Per coronā/ ęternitas: Per aurū ſapiētia deſignaꝶ. Vñ co rona aurea ſapientia ęterna. Exo. xxv. b. Facieſqꝫ ſupra corona aureā per circuitum: ⁊ loquiꝶ de arca per quā ſignificatur chriſtus: in qua fuit virga: qꝛ ius regni pertinebat ad ipſuꝫ. Itē tabulę vbi erat lex: qꝛ ipſe fuit ſacerdos/ cuiꝰ eſt legē docere. Itē māna: id ē dulcedo fruitiōis ęt'nę. Hęc aūt corona ſiue arca diciꝶ fuiſſe/ ad ſignificādū q diuina natura erat vniēda hūanę. c ¶ Et in manu ſua falcē acutā. Per hoc q dicit q habet: in manu ſua/ intelligiꝶ potētia: per/ falcem/ vero auctoritas. q. d. et auctoritatē habet iudicandi ⁊ potentiā. S. j. d. Et de ore eiꝰ gladius ex vtraqꝫ parte acutus exibat. Idē eſt gladius ibi qđ falx hic. Tamē pōt dici q gladiꝰ ptinet ad ꝓlationē ſentētię: falx vero ad executionē. Vel/ Coronam/ dicitur habere: qꝛ ibi remunerabit bonos Heſter. ij. c. fuit hoc ſignificatū: vbi diciꝶ: q in capite heſter poſuit aſuerus diadema regni: Item falcem/ vt puniat malos. Dañ. vij. c. Fluuius igneus rapi duſqꝫ egrediebaꝶ a facie eiꝰ. Hic fluuius idē eſt qđ falx prędi cta. d ¶ Et alius angelus exiuit de templo. Secunda pars vbi oſtenditur deſideriū ſctōꝝ de aduentu iudicij. Deſiderāt autē pro duobus: ⁊ pro ſecūda ſtola quā tunc re cepturi ſunt: et pro conſortio fratrū quos tunc viſuri ſunt. Di cit ergo. Et alius angelus exiuit de tēplo. i. vniuerſi tas ſanctoꝝ/ qui in tēplo ꝯſciētię latēt mō: ſed tūc exibūt. i. tūc apparebunt. Qđ fuit ſignificatum in illis qui cum dño ſurre xerunt: de quibus diciꝶ Matth. xxvij. f. q apparuerūt mul tis. Oēs aūt ſancti ſingulariter dicunꝶ angelus/ ꝓpter vni formitatē fidei quā tenuerūt. e ¶ Clamās voce magna: Ecce deſideriū. f ¶ Ad ſedentē ſup nubē. i. chriſtum. g ¶ Mitte falcē tuā/ in tuū agrum quem ſemiaſti. i. in mūdū. Matth. xiij. d. Simile eſt regnū cęlorū homi q ſeminauit bo num ſemen in agro ſuo. h ¶ Et mete. i. collige genus hu manū tanqꝫ ſegetē in horreū/ vt excuſſa ſegete granū repona tur ⁊ paleę igni tradanꝶ. Matth. iij. c. Cuius ventilabrū: id eſt iudicium in manu eius: et permūdabit aream ſuā ⁊ congre gabit triticū ſuum in horreū ſuū. Paleas aūt cōburet igni in extinguibili. S. xj. d. Aduenit tempus mortuorum iudicari. Notādū eſt q deꝰ primo ſeminauit genꝰ hūanū in paradiſo: ſed pinguedinem terrę homo non ſuſtinuit/ ſed peccauit: et de paradiſo eiectus diſſeminatus eſt ſuper terram: Geñ. ix. c. Tres iſti ſunt filij noe: ⁊ ab his diſſeminatū eſt omne genus hominum ſup vniuerſam terram. i ¶ Quia venit hora: completo. ſ. fidelium numero/ tempus eſt vt metaꝶ. Cōſum mata eſt eñ malorum malicia: nec iam habet locum. Et qua re: k ¶ Qm̄ arruit meſſis terrę: vel/ maturuit/ alia litra. Diciꝶ aūt/ meſſis malicia: qꝛ eſt ad vtilitatē bonoꝝ. Nul lum eñ malum ꝑmittit deus fieri niſi inde eliciat bonū. Ali quid ergo viriditatis habet malicia quoaduſqꝫ numerus ele ctorum impleaꝶ: qđ erit in die iudicij: qꝛ adhuc cedit bonis in vtilitatē. Moraliter. Dñs multū ſeminat ⁊ per ſe ⁊ ꝑ prędi catores ſuos: ſed parū metit. Aggei. j. b. Seminaſtis multū ⁊ intuliſtis paꝝ. Et hoc eſt qđ ipſe dicit Matth. xx. b. Multi ſunt vocati/ pauci vero electi. Joh. iiij. c. Nonne vos dicitis q adhuc quattuor mēſes ſunt ⁊ meſſis venit: Quattuor men ſes ſunt quattuor defectꝰ eccleſię vniuerſales vſqꝫ ad meſſem generalem/ quę fiet in die iudicij. ſ. perſecutio ſub iudęis/ ſub tyrannis/ ſub falſis fratribus/ ſub antichriſto. Et bene dicit: Quia venit hora: quia multi iam ſe credūt perfectos eſſe qui necdum primum gradum perfectionis attigerunt. Vn de in ꝓmo flore lędiꝶ botrꝰ eorū: Job. xv. d. Vñ Eſa. xviij. c. Ante meſſem totꝰ effloruit. Hiere. xlviij. b. Date florē mo ab: quia florens egredietur. Et ꝓpter hoc tales non colligun tur: vt in horreū domini reponātur. Et quare: Cauſam ſub iungit Eſa. xviij. c. Quia imatura perfectio germinauit. i. prius qꝫ ſciret quid eſſet maturitas vel perfectio/ maturum ſe eſſe vel perfectū in corde ſuo ęſtimauit. Et hoc frequenter accidit in nouicijs q̄ propter feruorē nouiciatꝰ quem in experti ſunꝶ credūt ſe eſſe ſu pra id qđ ſunt. Vnde monet eos petrꝰ. j. Pet. iiij. c. Nolite peregrinari in feruore qui ad temptationem vobis fit: quaſi aliquid noui vobis contingat. l ¶ Et miſit. Tertia pars vbi ponitur exauditio ſanctorum. Vnde dicit: Et miſit/ ille: qui ſedebat ſuper nubem falcem ſuam in terram: id eſt deſiderium ſanctorum et orationem exaudiendo. Pš. Deſiderium pauperum exaudiuit dominꝰ ⁊c. Et omnes ho mines ad iudicium vocando. Johel. iij. c. Conſurgāt ⁊ aſcen dant gētes in valle ioſaphat: qꝛ ibi ſedebo vt iudicē oēs gētes in circūitu. m ¶ Et meſſuit eam: id eſt collegit in vnū locū ad diſceptandum cum eis ⁊ diuidendū malos a bonis. Ipſe eſt enim firmamentum in medio aquarum poſitum: id eſt inter bonos ⁊ malos quos ab inuicem ſeparabit: ſanctos po nens ſuper malos: ita vt congregentur inferiora: id eſt mali in locum vnum. ſ. in infernum: congregationeſqꝫ aquarū ap pellenꝶ maria: Geñ. j. a. qꝛ ibi erit amaritudo maria. De hac meſſiōe diciꝶ Amos. iiij. a. Per aperturas exibitis/ altera cō tra alteram: quia anima exibit de inferno et corpus de ſepul chro/ et intrabit anima in corpus: ⁊ tunc de vtroqꝫ fiet qđ ſe quitur in Amos: Et proiiciemini in armon dicit dominꝰ: id ē in infernum. n ¶ Et alius angelus ⁊c. Quarta pars vbi oſtenditur q ſancti iudicabunt cum chriſto. Vnde dicit: Et alius angelus exiuit de templo. Hic eſt cętus apoſto lorum et apoſtolicorum virorum/ qui de templo exeunt: quia merita aliorum in eccleſia cęleſti contemplatione tranſcēdūt. Vnde dicuntur exire: de templo quod eſt in cęlo. Vn de Neemie. viij. b. Aperuit eſdras librum coram omni popu lo ſuper vniuerſum quippe iſrael eminebat. o ¶ Habens et ipſe falcem acutam: ſicut chriſtus: id eſt poteſtatem iudi ciariam. Sancti enim cum chriſto iudicabūt nationes: Sap. iij. b. Et Eſa. iij. c. Dominꝰ ad iudicium veniet cum ſenioribus populi et cum principibus eius. Sed quomodo iudica bunt: Quia nec conſilio nec auctoritate: Solutio. Dicuntur iudicare: quia in altiori loco apparebunt: qꝫ cęteri ſancti mi nores: Ipſi enim propius aſſiſtent iudici. p ¶ Et alius an gelus. Quinta pars vbi oſtendit q auctoritas iudicij perti net ad ipſū iudicē. Diciꝶ aūt in hac particula chriſtꝰ pręcipe re ſuis ſanctis vt iudicium faciāt ſcdm̄ q patet q penes ipm̄ eſt et auctoritas et poteſtas. Vnde dicit: Et alius ange lus: ſcꝫ chriſtus qui eſt alius ab apoſtolis. q ¶ Exiuit de altari: et talis qualis eſt apparuit: vt dicit Glo. Et bene dici tur: de altari exire: quia etſi alij ſancti ſint in templo: ta men chriſtus eſt in altari: quaſi in potioribus bonis patris. r ¶ Qui habebat poteſtatem: vnde pręcipere poterat. s ¶ Supra ignem et aquam: id eſt infligendi omnem pę nam. Et per hęc duo intelligitur vniuerſitas pęnarum q̄ om nes tunc exercebūtur in damnatos. Et horum duorum ele mentorum qualitates ſūt actiuę/ magis tamen ignis. Vel ſu per ignem: id eſt ſuper potentiores igne inuidię et ſuperbię

gehenne ardētes:

Margin notes: Ar.† ſup eum — B — Jobel.3.c. — Matth.3.c. — Moraliter — Pš.9.

¶ ſebenne ardētes. Et ſup aquā: id eſt ſup omnes homines flui dos: vt aqua et inſtabiles pro conditione humana. j. xvij. d. Aq̄ q̄s vidiſti ſup q̄s meretrix ſedet / ṗpl'i ſūt ⁊ gētes ⁊ lingue. a ¶ Et clamauit voce magna: quaſi imperās. b ¶ Ad eū. i. ad ſanctos. c ¶ Qui habebat. i. q̄ habebāt. d ¶ Falcem acutā. i. poteſtatē iudiciariā. e ¶ Dicēs / mitte falcē tuā acutā. Matth. xiij. d. Tp̄e meſſis dicā meſſorib᷑: Colligite primū çiçania ⁊ alligate ea in faſciculos ad cōburendū: triticū aūt congregate in horreū meum. f ¶ Et vindemia botros vinee terre: q᷑ meſſes celi ſunt illi qui faciunt fructū celeſtē / meſſis terre illi qui faciūt fructū terrenum. Similiter de botris. Vel botri vinee terre / ſunt maiores mali: meſſis aūt terre / minores mali.

a et clamauit voce magna ad
b eum qui habebat falcem acu
c e tā / dicēns: Mitte falcē tuam
f acutā: ⁊ vindemia botros vi
g nee terre: quoniā mature ſunt
h vue ei᷑. Et miſit angelus fal
i cem ſuam acutam in terrā / et
k vindemiauit vineā t're. Et mi

Itē p botros celi / maiores ſacti: p meſſē celi / minores ſcti. Hi iubenꝫ vindemiari ab angel'. i. ab inuicē ſepari. Mat. xiij. g. Exibūt āgeli ⁊ ſepabūt malos de medio iuſtoꝝ ⁊ mittēt eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiū. Et quare: g ¶ Qm̄ mature ſunt vue eius. i. eoꝝ malicia cōpleta. ſ. maioꝝ. h ¶ Et miſit angel᷑. Sexta ps vbi agiꝫ de obedientia ſctōꝝ. In hac parte dicunꝫ quinq;. Primo oñdiꝫ quō miniſterio ſanctorum punienꝫ mali / cū dicit: Et miſit. Secūdo vbi punientur: ibi: In lacū. Tertio modus puniendi: ibi: Et calcatus eſt lacus. Quarto qui ſunt puniendi: ibi: Et exiuit ſanguis. Quinto diuerſitas punitionis: ibi: Per ſtadia. Dicit ergo: h ¶ Et miſit angel᷑ / ſtatim poſt imperiū: i ¶ Falcē ſuā acutā in terrā. i. ad iudicādū t'renos ⁊ terrena amātes eſſe puniēdos. Vñ ſequiꝫ. k ¶ Et vindemiauit vineā terre. i. oēs q̄ delectationes ſuas finaliꝫ habuerūt in terra. Luc'. vj. d. Ve vobis diuitib᷑ q̄ habetis hic ꝯſolationē veſtrā. Hoc qd̄ dꝫ ibi faciēt ſcti: Ergo ſcti exequūtur ſentētiā: ſed pl᷑ eſt exeq̄ q̄ ꝓferre: ḡ mag' faciēt ſancti q̄ chriſtus: qd̄ nō eſt verū. Solo. Quicq̄d ibi de ſctis diciꝫ / nō de executione ſentētie vel de ꝓlatione intelligiꝫ / ſed de approbatione. Vel poti᷑ q᷑ cōparatione eoꝝ iudicabunꝫ mali. Vel iudicare dicunꝫ ſācti malos ⁊ eos punire: q᷑ aſſiſtēt chriſto iudicanti ⁊ eos punienti pro meritis. Pena eīm iuſta eſt ⁊ a deo. Vel dicunꝫ eos punire: q᷑ gaudēt non de maloꝝ pena: ſed de iuſta dei aīaduerſione ⁊ vindicta. l ¶ Et miſit in lacū ire dei. i. in infernū in lacū miſerie ⁊ in lutū fecis. Sicut enim materialiter in aduentu alicuius magni regis platee mundantur ⁊ feces in lacū vel in aquas mittunꝫ: ſic in aduentu dñi mū
Ps. 17. dus purgabiꝫ de malis: et ipſi in lacum inferni ꝓiicienꝫ. Ps. Vt lutū platearū delebo eos. m ¶ Et calcat᷑ ē. Hic determinat modū punitiōis maloꝝ dicēs: Et calcat᷑ ē lacus. In h̄ ſignificaꝫ vilitas ⁊ oppreſſio. Malach. vlt'. a. Calcabitiſ impios cum fuerint cinis ſub plāta pedū veſtroꝝ in die q̄ ego facio / dic̄ dñs exercituū. n ¶ Extra ciuitatē. i. extra eccl'iaꝫ ⁊ ꝯſortiū bonoꝝ. Hꝫ eīm dñs duplex torcular: purgatoriū. ſ. ⁊ inferni. De primo emittiꝫ purū vinū. Et h̄ non eſt extra ciuitatem: q᷑ meritis ⁊ ſuffragijs eccleſie vinū iſtud citius depuratur: Sꝫ aliud extra ciuitatē eſt: q᷑ nunq̄ inde exibūt / ſed in pſura ꝑpetua remanebūt. o ¶ Et exiuit. Hic oſtendiꝫ q̄ ſunt puniēdi: q᷑ non ſolum hoīes praui: immo etiā demones qui ſignificanꝫ per frenos: quoꝝ equi ſunt homines mali. Vel nō ſolū minores hoīes / ſed ⁊ maiores. ſ. rectores ⁊ ꝑlati. Primi ſignificantur per equos: ſecundi / per frenos. Dicit ergo. o ¶ Et exiuit. q. d. ſic calcabūꝫ: ⁊ ꝓ vino exiuit ſanguis. i. pene infernalis crudelitas exuberauit. p ¶ De lacu / a minorib᷑. ſ. q ¶ Vſq; ad frenos. i. vſq; ad maiores ꝑlatos. ſ. reges ⁊ epiſcopos. Oēs eīm ſine differētia dignitatū ibi punienꝫ ſm̄ merita culparū: ⁊ maiores amplius ⁊ vilius conculcabunꝫ q̄ mi

nores. Sap. vj. a. Duriſſimuꝫ iudicium his qui preſunt fiet. Durū fiet minoribus qui non preſunt: durius illis qui ꝑſunt ſed paucis: duriſſimum illis qui ꝑſunt: ſed multis. Vel p frenos / demones: qui modo infrenāt homines vt ad libitum ſuum p peccata ſua ducāt eos / vſq; ad eos pena perueniet: q᷑ ipſi ſicut homines in eadē pena cruciabunꝫ. Matth. xxv. d. Ite maledicti in ignem eternū qui paratus eſt diabolo / et angelis eius. r ¶ Per ſtadia mille ſexcenta. i. per diuerſas penas anguſtiati ſcd̄m q̄ fecerunt diuerſa pctā. Vñ hic notaꝫ quintū qd̄ dicitur hic ſcꝫ diuerſitas penarum. Stadium enim ſpacium eſt vbi currebāt: per qd̄ intelligunꝫ illi: q̄ ſubiecti ſunt ludis et vanitatibus ſeculi q̄ querunt coronam et gloriam in preſenti ⁊ nō in futuro: ſicut illi qui bene currebāt ſtatim recipiebāt in ſtadio coronā. Horum tria ſunt genera. Quidā minus perfecti in huiuſcemodi: qui per ſex ſignificantur. Alij magis pfecti: qui p centū: Alij perfectiſſimi᷑ q̄ p mille ſignificanꝫ. His itaq; ſcd̄m diuerſitatem ſtatuū reddetur diuerſitas penarū. De his dicit aplus. j. Cor'. ix. d. Hi qui in ſtadio currūt: omnes quidē currunt: ſed vnus accipit brauiū: et hi quidem vt corruptibilem coronā accipiāt / nos vero incorruptam. Sed videtur cū in his tribus viſionib᷑. ſ. ſecūda ⁊ tertia et quarta agatur de perſecutionib᷑ eccleſie. Et q̄ aliqua illarū ſit ſuperflua. Et ſi non: queritur quomō diſtinguātur: Solutio. Nulla ſuperfluit: ſic enim diuerſificanꝫ / q̄ in ſecūda agitur de perſecutionib᷑ eccleſie inquātū p illā ſtat᷑ eccl'ie diſtinguiꝫ: in tertia ꝓ / vt ſic apoſtoli antichriſti caueri doceāꝫ: in q̄rta ꝓ in quantū perſecutiones ſunt materia profect᷑ eccleſie. Et ſic patet q̄ nulla ſuperfluit.

l ſit in lacū ire dei magnum: et
m calcatus eſt lacus extrā ciui
n o tatē: ⁊ exiuit ſanguis de lacu
p q r vſq; ad frenos equorū p ſtā
dia mille ſexcenta.

¶ Capitm. XV

s t v x Et vidi aliud ſignum in celō magnū ⁊ mirābile:

¶ Expoſitio Ca. XV.

Et vidi aliud ſignum in celo ⁊c̄. Hic incipit quīta viſio hui᷑ libri: in q̄ deſcribunꝫ ſeptē angeli tenētes ſeptē phialas plenas ire dei: p quas intelligiꝫ pena malorum quam habituri ſūt in preſenti. Sicut ergo in uiſione ſequenti. ſ. in ſexta determinabitur pena malorū quā habebunt in inferno: ſimiliter in hac quinta determinatur pena eorundem in preſenti. Hec autem viſio continet tria capitula. xv. et. xvj. et. xvij. Diuiditur autem in tres partes ſcd̄m q̄ ſunt ibi tria capitula. In prima determinatur pena eorum per ſeptem plagas contentas in ſeptem phialis ſeptē angelorum / in hoc quintodecimo capitulo. In ſecunda oñdit q̄liter ꝑcipiꝫ angelis / vt penā determinatā infligāt malis: ibi: Et audiui vocem magnam ⁊c̄. Infra. xvj. a. In tertia de cauſa vtriuſq; ſubiungit et pene et inflictionis: ibi: Et venit vnus de ſeptem angelis. j. xvij. a. Dicit ergo. s ¶ Et vidi ⁊c̄. Hoc capitulū quītūdecimū habet ſex partes. In prima oſtenditur iohanni vniuerſitas angeloꝝ habentiū ſeptem plagas. In ſecunda cauſa liberans a plagis iſtis: ibi: Et vidi tanq̄ mare ⁊c̄. In tertia cauſa inuoluens in plagis: ibi: Et poſt hec vidi ⁊c̄. In quarta de predicatione ſeptem angelorum annūciantium ſeptem plagas: ibi: Et exierunt ſeptem angeli ⁊c̄. In quinta oſtēditur q̄ ad hoc ſunt idonei predicti angeli: ibi: Veſtiti lapide mundo. In ſexta de obſtinatione malorum: ibi: Et repletum eſt templum ⁊c̄. Dicit ergo. s ¶ Et vidi aliud ſignū: id eſt figuram aliud ſignificanteꝫ. Per hoc patet q̄ hec viſio imaginaria fuit. Et bene dicit / aliud / quia ſignificat penam maloꝝ: ſed ꝑcedēs ſignificabat eccleſie profectū. t ¶ In celo: id eſt myſterio ſacre viſionis reprobis celato. Vel / in celo. i. in eccleſia virtutib᷑ ſtellata bone vite cōuerſatiōe ſublimita. v ¶ Magnū / i ſe ſignificatiōe. x ¶ Et ꝓpt h̄ / mirabile / nob. i. admiratiōe dignū. Qd̄ āt fuit h̄ ſignū deſcribit / dicēs:

¶ Angelos ſeptem.

a b c d angelos ſeptē habētes pla/
gas ſeptē nouiſſimas: quoni/
am in illis cōſummata eſt ira
e f dei. Et vidi tanq̄ mare vitre/
g h um mixtū igne: ⁊ eos qui vi
i k cerunt beſtiā et imaginē illi⁹
l m et numerū nōis eius ſtātes ſu
n o pra mare vitreum habētes ci/
p q tharas dei ⁊ cātantes cāticū
r s moyſi ſerui dei: ⁊ cāticū agni
t dicētes: Magna ⁊ mirabilia

G a Angelos ſeptē .i. vniuerſos p̄dicatores ſeptiformis ſpi/ritus gratia renatos/ habentes ex officio p̄dicatiōis. b Se ptem plagas/ per modū denunciationis. Glo. dicit hic/ q̄ mirū ē hoiez habere tātā poteſtatē vt poſſit alios dānare. Sz ſic intelligēdū eſt q̄ hoies alios dānant: qr cōparatione eorū dānabūtur mali. Unde Geñ. xxviij. d. de bonis dr: O terribilis eſt locus iſte: non eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi. Juſtus eñ quilibet eſt domus in qua de us libenter habitat ⁊ quieſcit. Sz ⁊ porta celi eſt: qr eius querſationis exēplo mul/ti intrāt in celum ⁊ eius cōparatione ma/li damnabunt̄ et detrudent̄ in infernum.

B c Nouiſſimas. Hoc dicit: quia poſt iſtas nō iferent̄ alie. Vel/ nouiſſimas/ quo ad temp⁹. Vel/ nouiſſimas/ quo ad grauamen: quia illis nulle erunt vel fuere grauiores. Unde bene ſequitur. d Qm̄ in illis conſummata eſt ira dei: quia poſt illas malis de mun/do ablatis deus nō infert ampli⁹ ſentētiā extremi iudicij: ſz hac qſūmata incipiet furor .i. pena eterna.

Moraliter Moraliter. Hoc magnū ſignum eſt ⁊ mirabile: q̄ prelati q̄ deberēt habere vinū ⁊ oleum ad ſanandum vulnera ſauciati. Luce. x. f. habēt tm̄ ſalarium: qr redditus eccl̄ie: ⁊ tm̄ infun/dunt venenū oſtēdentes male vite exemplū. De talibus dicit Eſa. xxxij. b. Fraudulenti vaſa peſſima prelati .ſ. mali qui ſūt vaſa diaboli qui eſt faber fraudulentus. Eſa. liiij. d. Ego crea ui fabrum ſufflantē in igne prunas ⁊ pferentē vas in opus ſu um: ⁊ ego creaui interfectorē ad diſperdēdū. Hi ſūt vaſa peſ/ſima. Mala q̄dē/ q̄ñ vacui ſcientia. Peiora/ q̄ñ vacui vita: Sz peſſima/ quādo pleni ſpurcitia. Fraudulēti etiā poſſūt dici: qr nō reddunt debitū vxori ſue .ſ. eccleſie: vel ſi reddūt/ ſemē fun/dunt in terrā ſic onan/ Geñ. xxxviij. b. De bonis dr ecōuerſo Eſa. xxij. g. Suſpēdā ſup eū oēm gl̄iaz dom⁹ pr̄is ei⁹ vaſorum diuerſa genera omne vas paruulū a vaſis craterarū vſq̄ ad omne vas muſicorum. Prelatus enim debet talem vitā gerere a qua dependeat omnis vita inferiorum. Per crateras intelli/guntur actiui: per vaſa muſicorum contemplatiui. e Et vi/di tanq̄ mare. Secunda pars capituli vbi ad doctrinam ⁊ cōſolationē bonorum agit de cauſa liberāte ab his plagis. Que eſt triplex ſm̄ triplicē ſtatum bonorum. In ſtatu incipientiū cā liberans eſt baptiſmus. Unde dicit: Et vidi ⁊c̄. In ſtatu p ficientiū cā liberās ē qſeruatio ⁊ firmitas fidei: ibi: Et eos q̄ vicerunt. In ſtatu pfectorum eſt cauſa liberās p̄rogatiua ope/rum: de hoc dicit: ibi: Habentes citharas ⁊c̄. Dicit ḡ. Et vidi. Sed queritur hic: quare de cauſa liberāte agit hic vbi loquit̄ de plagis: Sol. Jam tactū eſt hoc: qr hoc facit ad bonorum conſolationē: vel hoc facit ſimpliciter: qr plage il/le nō erunt vniuerſales: quia bonos non tangent/ ſed tm̄ ma/los inuoluēt. Et vidi/ per ſpiritualē intellectum. f Tanq̄ mare vitreum. Ad litterā potuit videre vas factum ad ab/luendum facies: vt ſūt ſpecula ad videndum ſi aliqua macula ſit in facie. Vel vas totum vitreū .i. totum de vitro: per q̄d ſi/gnificatur baptiſmus: Per mare/ remiſſio peccatorum que fit in baptiſmo: p vitrum character qui imprimit̄. g Mi/xtum igne. Per hoc intelligitur collatio grē que fit in ba/ptiſmo. Et q̄ in baptiſmo remittant̄ pctā/ patet: qr in mari ru bro per q̄d ſignificatus eſt baptiſmus/ egyptij mortui ſunt et ſubmerſi: Exod. xiiij. f. Eſt autem character quedam ſpiri/tualis impreſſio mediante qua anima pura eſt gratie. h Et eos q̄ vicerunt. Secūda cā liberās ſcd̄m ſtatū pficientiū. Dicit ḡ. Et eos qui vicerūt beſtiam .i. antichriſtū nō cre dētes eius miraculis: nō abſtracti diuitijs: nō illecti blāditijs nō ſeducti pmiſſionib⁹: nō fracti pſecutionib⁹. i Et imagi nem illi⁹ .i. vite illius conformitatē: et hoc quo ad minores qui credent antichriſto. k Et numerum nōis eius. Po net eñ ſibi nomē q̄ ſit deus: et hoc quo ad maiores. s. xiij. d. Et ne quis poſſit vēdere aut emere niſi habeat characterē be ſtie: aut nomē/ aut numerū nōis ei⁹. l Stātes ſupra ma/re/ per veram fidem ⁊ rectam intentionem. Vel/ Stantes/ baptiſmi .ſ. gratiā ſeruātes/ vel parati defendere fidē. s. iiij. b. Et in qſpectu ſedis tanq̄ mare vitreum ſimile cryſtallo. Hoc mare eſt baptiſm⁹: qui in conſpectu ſedis eſt .i. in volūtate ac/cipientis: Nullus eñ cogitur ad baptiſmū. Simile cryſtallo qui congelat̄ ex aq̄s: ſic baptiçati confir/mantur in aquis baptiſmi: qr etſi non ex toto extinguit̄ in eis ignis fomitis: tamē debilitat̄ ⁊ lucidi fiunt ⁊ perui ad recipi/endam grām dei. m Habētes cithā/ras. Tertia cauſa liberans .ſ. p̄rogatiua operis quo ad pfectos. Hec ē duplex .ſ. p̄rogatiua operis: de qua dicit ibi: Ha/bentes ⁊c̄. Item p̄rogatiua cōtempla tionis: de qua dicit ibi: Et cantantes. Dicit ergo. Habētes citharas .i. mor tificationē carnis. s. xiiij. a. Et vocē quā audiui/ ſicut citharedorum citharizantium in citharis ſuis. n Dei/ tanq̄ cauſe ex emplaris .ſ. chriſti: qui ſeipſum mortifica uit quo ad carnem. Vel Dei precipien/tis. Luce. xxj. f. Attendite ne grauent̄ corda veſtra in crapu/la ⁊ ebrietate. Vel/ Dei .i. propter deum finaliter. Et dicit/ ci tharas pluraliter: quia chriſtus exemplar eſt multiplex cithare. Citharam eñ habuit in vtero matris: cuius ſonitum ma/ter eius audiuit/ cum intantū letificata eſt/ vt in pphetiā pro/rumperet/ dicēs Luce. j. e. Magnificat aīa mea dñm. Itē ſo nitum huius cithare: iohānes baptiſta audiuit: quādo in vte/ro matris exultauit/ ⁊ matrē ſuam pphetā effecit. Luce. j. d. Et repleta ē ſpū ſancto heliſabet ⁊ dixit: Bñdicta tu int̄ muli eres ⁊ benedict⁹ fruct⁹ vētris tui. Itē chriſt⁹ habuit citharā i mōte cui⁹ chorde fuerūt octo btitudines: Matth. v. a. Item citharā habuit in cruce: ad cui⁹ ſonitū diabol⁹ fugatus eſt: ma ria martyr effecta eſt: ſol obſcuratus eſt: ⁊ luna paſſa eſt defe/ctū. Prima fuit humilitatis i ingreſſu hui⁹ vite: Secūda fuit p̄dicationis in pgreſſu. Tertia patiētie ⁊ obedientie in egreſ/ſu. Qui has citharas ad ipſius imitationem haberet/ procul dubio ab omnibus audiretur tam malis q̄ bonis. Unde. j. Reg. xvj. d. dicit̄: q̄ dauid accipiente citharā/ melius ſe ha/bebat ſaul: Sic p has citharas qui eas heberet poſſet refoci/lare peccatores. Itē ⁊ bonos confortare: qr heliſeus cū pſal/tes caneret/ confortatus eſt vt ſpm̄ pphetandi acciperet. iiij. Reg. iij. c. Cumq̄ caneret pſaltes facta eſt ſuper eum manus dñi. o Et cātantes. Hic agit de p̄rogatiua contemplatio/nis. Que duplex eſt: Quedā/ qua deus laudatur pro benefi/cijs: de qua dicit: Cātantes ⁊c̄. Itē quedam/ qua de⁹ lau/datur iam non propter beneficia: ſed quia bonus: de qua di/cit ibi: Magna ⁊ mirabilia ſunt ⁊c̄. Dicit ergo. Et cā tantes. Hec eſt p̄rogatiua contemplationis qua deū lauda mus pro beneficijs: et ſic conſideramus ipſum prout nobis bonus eſt; et hec laus eſt minus pura. Dicit igitur. Et can/tantes .i. cū exultatione et leticia adimplentes. p Canti/cum moyſi: id eſt vetus teſtamentum. Exod. xv. a. Cante/mus domino: glorioſe enim magnificatus eſt ⁊c̄. Hoc cātare eſt de remiſſione peccati exultare. q Et canticum agni: id eſt chriſti .ſ. nouū teſtamentum cuſtodire ⁊ venerari. Hoc cantare eſt de collatione gratie gaudere ⁊ gratias agere. Pro pter hoc dicit ſponſa. Cañ. vij. d. Omia poma noua ⁊ vetera ſuaui tibi dilecte mi. r Dicētes: magna ⁊c̄. Hic agit de p̄rogatiua qtēplationis q̄ deū laudam⁹/ non iā p bñficijs/ ſed qr bon⁹: et ſic qſideram⁹ ipm̄ in ſeipſo: ⁊ hec eſt in pura laude dei. In duobus aūt qſiſtit laus iſta. Primo laudādo ipm̄ in opib⁹ ſuis: ibi: Magna ⁊c̄. Secūdo in ſeipſo: vñ dic: Quis non timebit ⁊c̄. Dicit ḡ. s Magna et mirabilia ſunt opa tua dñe de⁹ ops/ magna in ſe. Sap. xiij. b. A magnitudie ſpeciei ⁊ creature/ poterit cognoſcibiliter creator eorum videri. Magna ſunt opera in ſpeciebus ſuis. Ma/gna/ in numero. Job v. b. Qui fecit magna ⁊c̄. Item magna in vniuerſo: magna in ſuis partib⁹. Item magna/ in creatiōe: t Et mirabilia/ i recreatiōe: vbi chriſt⁹ ſimt̄ fact⁹ ē de⁹ ⁊ hō: G pauper et diues

ꝶ paupꝛ diues: potẽſ ⁊ īfirm⁹: moꝛtal̃ ⁊ īmoꝛtal̃: ꝓbũ īfãs. Hoc
ſignificatũ eſt Geñ. xxxij. g. Quid q̃riſ nomẽ meũ q̃d ẽ mi/
rabile: Ita dixit angelus ad iacob. Priuſq̃ veniret tẽpus in/
carnationis: nõ erat quies ſctis: ſ erãt cum iacob in lucta ↄti/
nua: deſiderãtes aduentũ redẽptoꝛis ⁊ q̃rẽtes vt faceret mira
bilia opa redẽptiõis.
Ecci. xxxvj. a. In/
noua ſigna: immuta
mirabilia. Sed an/
ſeculorũ gel⁹ magni ↄſilij lu/
re. 10. a. ctat⁹ eſt cũ iacob. i.
cũ genere humano ꝑ
C incarnationẽ ⁊ ↄfoꝛ/
mitatẽ naturę: ⁊ tunc
nomẽ eius ⁊ humani
generis vocatum eſt
iſrael: quia de lucta
duxit ad quietem de
cõtinuis miſerijs ad
dei viſionẽ. a Do
mine deus omni

a ſunt opa tua dñẽ de⁹ omnipo
b tens iuſtę et verę ſunt vię tuę
c dñe rex ſctoꝝ. Quis non ti
d mebit te dñe ẽt magnificabit
e f nomẽ tuũ. Quia ſolus pius
g h es q̃m oẽs gẽtes vẽniẽt ⁊ ãdo
i k rabũt in ↄſpectu tuo: q̃m iudi
l cia tua manifeſta ſũt. Et poſt
m n hec vidi ⁊ ẽcce ãptũ eſt tẽplũ
o p tãbernaculi tẽſtimonij in cę
q r lo. Et ẽxierũt ſeptẽ angeli hã

potẽs. Omnipotens / opa implẽdo. Deus / per figuras
ꝑnũciando. Dñe / ꝓmittẽdo. b Iuſtę ⁊ verę ſunt vię
tuę dñe rex ſctoꝝ. Vię q̃b⁹ venit ad nos ſũt ꝓmiſſio / ꝑfi/
guratio ꝓmiſſoꝝ ⁊ adimpletio eoꝝ. Vel / vię / ſũt creatio / diſ/
poſitio ⁊ oꝛnat⁹: de q̃bus Geñ. j. c Quis nõ timebit te.
Hic laudatur deus in ſeipo. Unde dicit. Quis non time/
bit te ⁊c̃. vt ſic a malo ceſſet: qꝛ dr̃ Prouerb. xv. d. Per ti/
moꝛẽ dñi / declinat oĩs a malo. Timebit / ex amoꝛe / ſeruiẽdo.
Ps. 18. Timebit / ex timoꝛe filiali ⁊ caſto. Ps. Timoꝛ dñi ſctũs per
manet in ſeculũ ſcti. d Et q̃s. ſ. nõ magnificabit no. tu.
ꝑdicãdo te: ⁊ ꝓpt̃ te bñ operãdo. Vel / timebit / iudicẽ futurũ
in maieſtate. Et magnificabit nomen tuũ: qꝛ veniſti in
ꝑmo aduẽtu agn⁹ mãſuet⁹ in hũilitate. Quis nõ timebit:
q. d. q̃ nõ timet null⁹ ẽ. Job. xviij. c. Socij ei⁹ q̃ nõ ẽ. Sȝ ma/
li nõ ſũt / vt dicit Boeti⁹: qꝛ nec oꝛdinẽ retinẽt nec ſeruãt natu
Ps. 33. rã. Magnificabit / laudãdo ⁊ extollẽdo. Ps. Magnificate
dñm mecũ ⁊c̃. Ecci. xliij. d. Bñdicẽteſ dñm exaltate illũ q̃ñtũ
poteſtis: maioꝛ eſt eñ omĩ laude. Et vere magnificabit et ti/
mebit: e Quia ſol⁹ pius es. Cõtra. Seuer⁹ magis timet̃
q̃ pi⁹. Sol̃. Hic loquit̃ de timoꝛe caſto reſpectu pij. Timoꝛ
vero ſeruilis magis eſt reſpectu ſeueri. Bene dico quia pius
es: ⁊ in hoc apparet pietas tua. f Oẽs omnes gentes
. i. aliq̃ de omnib⁹. g Veniẽt. Ecce mot⁹ latrię interioꝛ. h
Et adoꝛabũt. Ecce mot⁹ latrię exterioꝛ. i In ↄſpectu
tuo / vt te videãt ⁊ a te videãt̃ i remuneratiõe. k Oẽs iudi
cia tua manifeſta ſũt / q̃b⁹ bonos eligis ⁊ malos repꝛobas.
Manifeſta ſũt manifeſtatiõe ſigni ⁊ nõ ꝟitatis: qꝛ ſolũ ꝑ opa
exterioꝛa aliq̃ten⁹ cognoſcit̃ qui ſunt boni vel mali. Matth.
vij. c. A fructib⁹ eoꝝ cognoſcetis eos. l Et poſt hec. Ter
tia pars hui⁹ capli vbi oñdit̃ cã inuolucẽs in plagis q̃ eſt: quia
myſteria eccl̃ię ſũt aperta ⁊ tñ mali nolũt intrare. Dicit ḡ. Et
poſt hec / ꝑdicta. m Vidi ⁊ ecce aptũ ẽ tẽplũ. i. eccl̃ia:
⁊ dicit. n Aptũ / vt pateat pęnitẽtibus ingreſſus / ⁊ malis
egreſſus. Vel / tẽplũ. i. ſcp̃tura q̃ ꝑdicatoꝛibus eſt apta: vt in
trẽt ꝑ ſtudiũ ⁊ meditationẽ ⁊ exeãt ꝑ actionẽ. o Taberna
culi. i. eccl̃ię q̃ mõ militat deo. Job. vij. a. Militia ẽ vita ho
minis ſup terrã: ſ i futuro triũphabit: mõ adhuc vagabũda
eſt in deſꝰto in terra ꝓmiſſionis: ſ in futuro recepta celebra/
bit ſcenophegiã q̃ntadecima die mẽſis ſeptimi. i. q̃ñ fuerit im
pleta myſteria veteris ⁊ noui teſtamẽti. p Teſtimonij. Bñ
dr̃ eccl̃ia tabernaculum teſtimonij: qꝛ chꝛiſtus ꝑhibent teſti/
moniũ: vel qꝛ vtriuſq̃ teſtamẽti teſtimoniũ fidelit̃ ſeruat i cę/
lo. i. in ſecreto hui⁹ viſionis: vel in cęlo. i. i coꝛdib⁹ fideliũ qui
ea itelligũt ⁊ intellecta ꝑficiũt. q Et exierũt. Quarta ps i
q̃ agit de ꝑdicatiõe ãgeloꝝ annũciãtiũ ſeptẽ plagas ⁊ poſtq̃
illos q̃ ſũt in eccl̃ia cõfirmauit ꝑdicatoꝛ / debet exire vt malos
repꝛehendat. Dicit ḡ. Et exierũt ſeptẽ angeli. i. vniuerſi ꝑ
dicatoꝛes. s De tẽplo. i. de ↄtẽplationis ſecreto vel de cõ/
ſcientię cubiculo ad accionẽ venerũt. r Habẽtes ſeptẽ

plagas. i. vniuerſã de vltionẽ ꝑdicẽtes: vt ſi noluerint hoĩes
ꝓmiſſionib⁹ deũ diligere: ſaltẽ ſciãt eũ ꝑ cõminatiõib⁹ timere:
egredi debet pꝛędicatoꝛ. Unde Ezech. iij. f. Surgens egre/
dere in campũ ⁊ ibi loq̃r tecũ: ꝑ hoc patet q̃ aĩs in actione lo
quit̃: ſic in ↄtẽplatione ⁊ ſi ita nõ audiat̃. Matth. xiij. a. Exijt
q̃ ſemiat ſeminare ⁊c̃.
Propt̃ h dicit ſpõſa.
Cañ. vij. d. Egredi/
amur in agrũ moꝛe/
mur i villis. t Ve/ B
ſtiti lapide. Quĩta
ps vbi oñdit̃ idonei/
tas eoꝛũ: Primo in
vita: ibi: Veſtiti.
Scd̃o i doctrina: ibi
Et vnũ ex q̃ttuoꝛ
aialibus. Veſtiti:
bona conuerſatione.
Eſa. iij. a. Veſtimẽtũ
tibi eſt / pꝛiceps eſto
noſter: id ẽ quia bo/

s t bentes ſeptẽ plagas dẽ tẽplo
v x veſtiti lãp de mũdõ ⁊ cãdidõ
y z ⁊ ꝓcincti circã pectora ȥonis
a aureis. Et vnum ẽx quattuoꝛ
b aialib⁹ dẽdit ſeptẽ angelis ſe/
c d ptẽ phialaſ ãureas plenaſ ira
e f cundię dẽi viuentis in ſecula
g ſeculoꝛum. Et implẽtum eſt
h i templum fũmo a maieſtate
k dei et de virtute eius: ẽt ne/
l mo põterat introire in templũ

nus es / te elegim⁹ nob̃ i paſtoꝛẽ. Sȝ hoc veſtimẽtũ hodie i ele
ctionibus nõ curat̃. v Lapide. i. patientia et mãſuetudine.
Ezech. iij. b. Ut adamãtẽ ⁊ vt ſilicẽ dedi faciẽ tuã. Debẽt eñ
eẽ pꝛęlat⁹ vel ꝑdicatoꝛ adamas ꝑ mãſuetudinẽ / vt ſic attrahat
pctõꝛes ad grãm. Itẽ ſilex ꝑ patiẽtiã / ne remurmuret ↄ̃ flagel/
la. Vel / lapide. i. hũilitate: q̃ lapis dr̃: qꝛ ipa ẽ fũdamẽtũ ędi/
ficij ſpũalis. Ponit eñ ſe in imo: ſic lapis poſit⁹ in fundamẽto
ponit̃ i infimo. Ul̃ / lapide. i. firmitate fidei. x Mũdo: ꝓpt̃
fugã ⁊ declinationẽ pctí. y Et cãdido / ꝑ opationẽ bõi. De
terminauit iã q̃lis ẽ vita ꝑdicatoꝛis ad alterũ / qꝛ lapis. Itẽ q̃/
lis ad ſeipſum exteri⁹ ꝑ hoc qd̃ dictũ eſt: Mũdo ⁊ cãdido:
mõ determinat q̃lis debet eſſe interi⁹ dicens. z Et ꝓcicti
circa pectoꝛa ȥonis aureis. i. cogitationib⁹ ſctis ⁊ mũdiſ.
Nec dicit cincti / ſ ꝓcincti: qꝛ duas debẽt habere cinctiões / ca
ſtitatis. ſ. coꝛpis ⁊ ſctimonię mẽtis. Zonę aũt aureę ſunt / deſi/
deriũ ęternoꝝ: ſ pauci habẽt has ȥonas aureas / ſ multi lute/
as. Eſa. iij. d. Et erit ꝑ ſuaui odoꝛe fetoꝛ. Odoꝛ ẽ ſpes ęt̃narũ
ꝑ q̃ eſt hodie in multis fetoꝛ. i. ambitio terrenoꝝ. Uñ ⁊ ſequit̃
Et ꝑ ȥona funicul⁹. i. ꝑ deſiderio ęt̃noꝝ auaricia terrenoꝛũ: et
ꝑ criſpanti crinẽ caluicium. i. euagatio mẽtis ad acquirendũ.
a Et vnũ ex quattuoꝛ. Hic oñdit̃ idoneitas ꝑdicatoꝝ q̃
eſt i doctrina. Et vnũ ex q̃ttuoꝛ aialib⁹. i. ↄcoꝛdia ⁊ vni/
tas q̃ttuoꝛ euãgelioꝝ. b Dedit ſeptẽ angelis. i. vniuerſiſ
ꝑdicatoꝛib⁹. c Septẽ phialas. i. vniuerſitatẽ ſmonũ ⁊ au
ctoꝛitatũ ſcp̃turę. d Aureas: qꝛ ſũt vaſa plena ſapię diuię.
e Plenas iracũdię dei: qꝛ irã di ꝑfecte denũciãt. f Dei/
dico: viuentis in ſecula ſeculoꝝ. i. in ęternũ in q̃ notatur
potẽtia puniẽtis: qꝛ põt punire ſcd̃m omẽ tp̃s. q. d. quicquid
ꝑdicãt ꝑdicatoꝛes de pęnis q̃ infligẽdę ſunt malis / accipiunt a
doctrina euãgelij: ⁊ ꝓpter hoc patet q̃ ipſi ſunt idonei ꝑdicare
quib⁹ datũ eſt euãgeliũ intelligere. Sed cum dixerat phialas
eſſe aureas. i. auctoꝛitates ſcp̃turę eẽ plenas diuinę ſapientię
quõ poſtea dicit eẽ plenas iracũdia dei: Sol̃o. Eſſentialit̃ ſũt
aureę: ſed accidẽtaliter plenę iracundia. Uñ irã habẽt vt con/
tentũ / ſ aurũ vt eſſentiale: qꝛ ex accidẽti habẽt nũciare pęnas:
ſ eſſentiale ẽ eis nũciare gaudia. Uñ Eſa. xxviij. f. Alienũ eſt
op⁹ eius ab eo. Threñ. iij. d. Non eñ ex coꝛde ſuo hũiliauit ⁊
abiecit filios hoim. g Et impletũ ẽ. Sexta pars vbi oſtẽ/
ditur obſtinatio maloꝛum. q. d. Licet ſint aperta fidelibus
diuina iudicia: et ſcripturę ſecreta vel eccleſię myſteria: mal̃
tñ clauſa ſũt / fumo ignoꝛãtię ſuę ⁊ obſtinatiõis excęcatis. Uñ
dic̃. Et ipletũ ẽ tẽplũ dei. i. eccl̃ia vł ſcp̃tura. h Fumo. i.
obſcuritate q̃ ad repꝛobos q̃ nõ vidẽt myſteria dei q̃ ſũt apta
bonis: ⁊ in h apparet maieſtas ⁊ ꝟtus dei q̃ claudit indignis et
reſerat dignis. Uñ dicit. i A maieſtate dei ⁊ de virtu/
te eius / qui habet clauem dauid: claudit ⁊ nemo aperit: apit ⁊
nemo claudit. 3. iij. b. k Et nemo: maloꝛũ. ſ. l Pote/
rat in templum introire: id ẽ ſcripturę myſteria videre et
penetrare. Excęcauit enim eos malicia eoꝛum. Sapie. ij. d.
ꝶ Donec cõſũmarent̃

a Donec cōſummarent ſeptē plagę ſeptē angelorum.i.donec implerent cōminationes prędicatorū de ipſis malis reponēdis in infernū. Tunc eñ experiētia ⁊ ſenſus pęnarū faciet eos intelligere qđ mō nolunt audire: Quia vt dicit Greg⁹. Pęna oculos aperit quos ꝓſperitas claudit. Unde ipſi cogent dicere illud Sap .v.a. Errauimus a via veritatꝭ. Et illud Prouerb.v.c. Cur detestatus ſum diſciplinam ⁊ increpationibus non acqeuit cor meuꝫ: nec audiui vocem docentiū me et magiſtris non inclinaui aurem meā: pene fui in omni malo in medio eccleſię et ſynagogę. Uel/templum/cęleſtis eccleſię non intrabunt mali donec ꝯſummentur plagę incluſiuę: quia nec tunc intrabunt. Sic̃. j. Reg̃. iij.a. De heli qui non poterat videre lucernam dei anteꝗ̄ extingueretur/nec tunc etiam poterat. Uel/nemo/generaliter nec bonus nec malus pōt/ introire in templū dei.i.in cęlum vt ſecreta eius plegarie cognoſcat / donec cōſumet in ipō malicia.i.terminet ſimul et vita temporalis. Unde dicit Pš. Exiſtimabam vt cognoſcerem: ſcꝫ ſecreta dei: de quibus locutus eſt prius: ſcꝫ quare vnus reprobat/⁊ alius eligitur: ſed hoc labor eſt ante me ſine fructu ſcꝫ/donec intrē in ſanctuariū dei: ⁊ tūc ſcꝫ intelligā in nouiſſimis eoꝝ.

A

Pš.72.

a donec cōſummarent ſeptem plagę ſeptem angelorum.

## Ca. XVI

b Et audiui c vocem magnam dē tēplo dicentem ſeptē angelis: d Ite et ēffundite ſeptem phialas irę dei in terram. e Et f ābijt primus angelus ⁊ ēffudit g phialam ſuam in terrā: ēt factū eſt vulnus ſęuū ac peſ- b ſimum in homines qui hābēt characterem beſtię: et in eos qui adorauerunt ymaginem eius. i Et ſecūdus ēffudit k phialam ſuam in mare: ēt factus l eſt ſanguis tāꝗ̄ mortui: ⁊ ōis m anima viuens mōrtua eſt in n mari. o Et tērti⁹ angel⁹ ēffudit p phialam ſuā ſup flumina ⁊ ſuper fontes aq̃rū: q ⁊ fāct⁹ ē ſan- r

## Expo. Ca. XVI.

Et audiui vocem magnā ⁊c̃. Hęc eſt ſecunda pars viſionis: in qua agitur de inflictione pęnarū: Et hęc diuidit in duas. Primo eñ pręcipit angelis: vt pęnas infligant. Secundo peragunt qđ eis pręceptum eſt: ibi: Et abijt primus ⁊c̃. Dicit ergo. b Et audiui vocē magnā.ſ. inſpirationem diuinā vel admonitionē. c De tēplo: vel de cęlo dicentē ſeptē angelis: ite: in quo docemur ne officium p̄dicationis ſibi aliqs vſurpet nec prędicet tibi miſſus: Quia Roma.x.c. Quomodo prędicabunt tibi mittantur: Eſa.xviij.d. Ite angeli veloces. d Et effundite ſeptē phialas irę dei in terram: id eſt in terrenos.i.in pctōres eis denunciādo pęnas ſibi debitas. Glo.tñ dicit: In malis damnationē exercete. Et hoc verum eſt compatione et quia dicent ꝙ prędicauerunt eis ⁊ noluerunt recipere. e Et abijt primus. Secunda pars capituli in qua agitur de inflictione pęnarum: Et diuidit in ſeptē partes ſcđm numerum ſeptē angelorum infligentiū plagas. Dicit ergo. Et primus angelus abijt: id eſt pręcipienti obediuit. f Et effudit phialā ſuam in terrā: id ē prim⁹ ordo prędicatorum iracundiā dei terrenis imminentē nūciauit. Uel terra accipit hic iudęa: cui primi p̄dicatores prędicauerūt.ſ.apoſtoli: quos quia illi repulerūt: pęnas ſibi futuras p̄dixerunt ꝑpter culpas ſuas. Et ſicut p̄ma cōminatio litteralr̃ in iudęos: ſic p̄ma ſpūalis eſt i terrenos: quia adhęrere terrenis nō ē neceſſitatis: etſi fouere carnē pōt eſſe neceſſitatis. g Et factum eſt vulnus ſęuū ac peſſimū in hoīes qui habent characterem beſtię. Uulnus fuit ſęuum in iudęis quando per romanos fuerunt deſtructi: ⁊ per vniuerſum mundum diſperſi: ſed peſſimū/quia a deo reprobati. h Habent characterem beſtię: qꝛ conformantur antichriſto/fidei chriſti reſiſtēdo. Uel de terrenis ſic exponit. Uuln⁹/eſt diuiſio continui: ⁊ q̄ amant terrena adhęrent eis: vnde fit eis vulnus quādo ſeparantur ab amatis. Et dicit ſęuum: nō tamen ſęuiſſimum: quia omnes vię domini miſericordia et veritas: et omnes quos punit cum miſericordia punit. Propt̃ miſericordiam ergo non dicitur ſęuiſſimum: ſed propter iuſticiā ſęuum. Sęuum ergo dicitur vulnus / quo ad inferentem: ſed tamen peſſimum/quo ad recipientes et vulneratos: quia ipſi volunt habere res temporales quas diligūt ad tria: ſcꝫ ad neceſſitatem: ad cōſolationem: ad ſuperfluitatem. Uulnus ergo erit malum/quando auferetur eis neceſſitas: ſed peius/quando conſolatio: peſſimū/quando ſuperfluitas. Et hoc ſignificatum eſt Gen̄.xxxiij.c. vbi dicit: ꝙ in tertia die fuit grauiſſimus dolor vulnerum. Et qui adorauerunt imaginem eius: illi inquam vulnerabuntur: Primo in p̄ſenti: deinde in inferno. Job.xvj.c. Concidit me vulnere ſup vuln⁹. i Et ſecund⁹ effudit phialā. Secunda ps de ſecūdo āgelo: ⁊ ſecūda plaga. Secundus angelus eſt ſecundus ordo prędicatorum. Mare vero gentilitas: ſub qua fuit ſecūda perſecutio eccleſię: tpe ſcꝫ martyrum. Effuſio phialę eſt prędicatio diuinę vltionis futurę in perſecutores. Dicit ergo: Secundus angelus .i. ſecundus ordo prędicatorum. Hi fuerūt apoſtoli/ repulſi a iudęis ⁊ gentilitatē ingreſſi. k Effudit phialam ſuam in mare: id eſt in amaros perſecutores apoſtolorum et martyrum/vel vltionem cito venturam nunciauit. Mare dicuntur gentiles. š. viij.c. Secundus angelus tuba cecinit: ⁊ tanꝗ̄ mons magnus igne ardēs miſſus eſt in mare. l Et factus eſt ſanguis tanꝗ̄ mortui: niger ſcꝫ. Et hoc dicit: quia etiam in pręſenti incęperūt puniri: vt ſic eſſent quaſi mortui/⁊ tādem mortui vere morte ęterna. Unde Act̃.xij.d. de herode legit ꝙ ꝑcuſſus ab angelo dñi vermib⁹ expirauit. Et de antiocho.ij. Machab.ix.b. Et Gen̄.xl.d. piſtor exiens de carcere ductus eſt ad patibulum. Uel/Quaſi mortui. Hoc dicit: qꝛ ſicut a morte nō eſt regreſſus ad vitā: ſic illa vltio irreuocabilis eſt. Job.xv.d. Nō credat fruſtra errore decęptus ꝙ aliquo pręcio redimendus ſit. m Et oīs aīa viuens/ mūdo vel opiniōe ꝑſecutorū vel apparans viuere: quia aperte non ꝑſequitur/etſi forte tacite conſentit. n Mortua eſt in mari/ ſcꝫ exiſtēs. Uel In mari.i.ꝑpter mare.i. ꝓpter perſecutionem cui conſentit. Roma.j.d. Qui talia agunt digni ſunt morte: non ſolum qui faciunt ea: ſed etiam qui ꝯſentiunt facientibus. š. viij.c. Et mortua eſt tertia pars creaturę eorum quę habebāt animas in mari ⁊c̃. o Et tertius angelus. Tertia pars capituli ⁊ tertia plaga: per hunc deſignat tertius ordo prędicatorum pęnā annunciantiū hereticoꝝ qui tertiā perſecutionē eccleſię fecerunt. Et hęc pars diuidit in duas: qꝛ primo oſtēditur effuſio phialę. Secundo cōgratulatio bonorū: ibi: Et audiui angelum. Sed quęritur quare in prima ⁊ ſecunda plaga nō ponit cōgratulatio. Solutio. Ad innuēdū ꝙ illę nō tm̄ nocent ꝗ̄tum iſta quę fit ſub hereticis. Dicit ergo. Et tertius angelus.i. tertius ordo prędicatorum. p Effudit phialā ſup flumina/ pęnā.ſ. et vltionē diuinā futurā eſſe ſuper pſeudo apoſtolos antichriſti: ⁊ in hereticos deprauantes ſcripturas annūciauit. q Et ſuper fōtes aquarum: id eſt ſuper principes hereticorum a quibus exit praua doctrina.ij. Pet.ij.d. Hi ſūt fontes ſine aqua/ nebulę turbinibus exagitatę: quibus caligo tenebrarū reſeruat. š. viij.c. Stella magna ardens tanꝗ̄ facula cecidit in tertiā partē fluminum ⁊ in fontes aquarum. r Et factus eſt ſanguis/ per qđ intelligitur pęna eorum deteſtabilis. Sanguis enim maxime in re candida abominabiles maculas facit. Plaga ꝗ̄ eorum erit deteſtabilis ⁊ abominabilis: qꝛ eoꝝ p̄dicatio fuit talis. Hoc ſignificatū eſt. Exod. vij.d. vbi moyſes vertit aquas in ſanguinē: qꝛ boni eoꝝ p̄dicationē malā ⁊ maculatā eſſe oſtendēt. Ipi etiā mali ſuo fine malo oñdent ꝙ mala fuit ſua prędicatio. Moraliter. Phiala: id eſt indignatio cadit ſuper flumina.i. ſup clericos mala intētione ſtudētes in ſacra ſcriptura: quibus dr̃ Mich.iij.d. Qui edificatis ſion in ſanguinibus ⁊ hieruſalem

Moraliter